17129. VII. 172.

Ordinis medicorum

in universitate Caesarea Dorpatensi

Annales

ab universitatis exordio ad finem

usque anni MDCCCXXVII,

auctoritate et consensu

gratiosi hujus ordinis

editi,

auctore

Hermanno Joanne Köhler,

med. doctore legente.

Tartu Riikl. Ülikool
Raamatukogu
182087

Dorpati Livonorum.

Typis J. C. Schünmanni, Typographi academici.

MDCCCX. X.

1830

Est. A

Bibliotheca Universitatis Tartuensis

19259

Ex decreto Senatus Academici.

Dorpati, a clɔlɔCCCXXVII. d. III. Decemb.

G. Ewers, Rector.

Est. A - 445

i 30783781

Festo illo die, quo ante viginti quinque annos Universitas Dorpati constituta est, meam quoque qualemcunque symbolam ei offerre cupiens, annales ordinis medicorum conscribere in animo erat. Annuentibus et Rectore magnifico et medicorum ordine, patefacta mihi sunt scrinia universitatis concilii et ordinis medicorum, ex quibus hausi, quae jam variis ex causis retardata Lectoribus Musas et artem medicam amantibus trado.

Simplex quidem est actorum enumeratio, sed cur prolixiori sermone utar, ubi res ipsa loquitur? Certo quisque Legentium ipse videbit, hanc quoque Universita-

tem esse folium immortalis laureae, quam Sibi texuit Divus Alexander, eamque ipsam semper summa ope nixam esse, ut Conditore digna esset.

In sectione prima ordinis statum et varias ejus relationes exposui. Si forte videor res quasdam ad ordinem medicorum non stricte pertinentes attulisse, facillime excusabit Lector, me partis chronica scribentem ad totam universitatem interdum respexisse. Sed non ita facile ejus veniam impetrabo, ubi legerit, quae ex universitatis statutis et aliis legibus et edictis Romanorum verbis, non Romanorum ingenio et sono attuli. Quae enim in universitatis actis germanice conscripta inveni, quantum fieri poterat ad verbum in linguam latinam verti, metuens, ne, si liberiore interpretatione uterer, sensus legum Rossice editarum mutaretur et perverse in-

telligeretur. Quod cum legum periti probaverint, Lectores rogatos volo, ne acerbius frontem contrahant, si quid nimis barbare expressum ipsorum aures offenderit.

Sectio secunda exhibet scholas in tabularum formam redactas, item aegrotorum in institutis clinicis receptorum et cadaverum dissectorum numerum.

Sectio tertia agit de quaestionibus ab ordine cum praemio propositis. Sectio quarta continet nomina eorum, qui gradum quendam aut in arte medica aut pharmaceutica acceperunt; sectio quinta denique dissertationes auctoritate ordinis editas.

Quodsi ex his omnibus elucebit, ordinem votis augustissimi Conditoris et justae exspectationi respondisse, tempus et laborem in componendis annalibus consumsisse me juvabit, qui quidquid eruditionis in me est, huic ordini debeo, et

praecipue eo consilio, ut ordini debitas referrem gratias, ejus annales conscribere suscepi. Valete et favete auctori, cujus virium modulus, quae suscepit, ex voto conficere non valuit.

Sectio prima.

Medicorum ordo ejusque relationes.

Eodem anno, quo nova musarum sedes Dorpati, Polonis nuper erepti, inaugurata est (anno 1632), occubuit jam conditor Gustavus Adolphus, Suecorum Rex, in pugna ad Lusenam commissa. Perpetua bella, inter Polonos et Suecos gesta, praecipue vero Rossorum in Livoniam incursus modo natae academiae tanta struxerunt pericula, ut, quum vix viginti quatuor annos viguisset, paene exstincta videretur; et pax Olivensis (anno 1660 composita), quamquam publicam restituit quietem, tamen, viribus exhaustis, uberiorem vigorem academiae suppeditare non valuit. Carolus XI. ei, triginta annis post instauratae, aliam sedem, quam commodiorem putabat. destinavit, et jussu Caroli XII. anno 1699 Pernaviam translata est, ubi bello Suecorum cum Polonis et Rossis redintegrato, et Livonia Russorum imperio subjecta, sensim esse desiit. Tandem pax Nystadiensis (anno 1721) provinciae tot malis obrutae attulit quietem diu desideratam, quae valida Rutheniae prae-

sidio tuta, semel tantummodo metu sollicitari, neque tamen unquam perturbari potuit. Etiam Musis Marte fugatis novam exstruere sedem decreverunt Petrus Magnus, Catharina I., Elisabetha et Catharina II., sed res ipsa a Paullo I. inchoata et ab Alexandro I., pro insigni sua munificentia, ad finem exoptatum perducta est.

Consilio (Plan) novae Dorpati condendae universitatis ab Imperatore Paullo I. die 4. m. Maji anni 1799 confirmato et a collegio, cui rerum publicarum per Livoniam administratio commissa est, die 7. Decembris ej. anni promulgato, constituti sunt viginti et unus professores ordinarii, unus extraordinarius, prosector, quatuor linguarum magistri, porro artis equestris, arma tractandi et saltus moliendi, ichnographicae ac denique artis saltandi praeceptores; atque academiae in universum 56050 rubelorum summa quotannis designata est.

Ad medicorum ordinem pertinere placuit sex professores: 1) physiologiae et pathologiae, 2) therapiae et clinices, 3) anatomiae et medicinae forensis, 4) chirurgiae et artis obstetriciae, 5) botanices et pharmacologiae, 6) chemiae et pharmaceuticae, (cuique professori constituta est merces 1500 rubelorum), et haec instituta:

1) Institutum medico-clinicum ad 14 aegrotos simul recipiendos paratum, moderante therapiae professore.

2) Nosocomium chirurgicum 10 lectis instructum, directore professore chirurgiae.

3) Institutum obstetricium ad 6 lectos accomodatum, eodemque professore curante, quocum serius conjungenda esset schola, in qua artis obstetriciae praecepta mulieribus traderentur.

Tribus his institutis adjungi inspectorem, oeconomum et sufficientes aegrotantium curatores et curatrices scitum est. Ad sustentanda instituta clinica 4000 rubelorum sunt destinata.

4) Theatrum anatomicum cum prosectore et duobus famulis. (Prosectori 150 rubeli, theatro anatomico 600 rubeli sunt destinati.)

5) Hortum botanicum cum hortulano, ejusque auxiliario et necessario operariorum numero. (Horto 1000 rubeli sunt assignati.)

6) Laboratorium chemicum, curae professoris chemiae commissum. (Ad quod sustentandum 200 rubeli sunt constituti.)

Rerum naturae perscrutandae inserviunt etiam ex philosophorum ordine 1) historiae naturalis professor, qui thesauro rerum naturalium praest, ac 2) physicae et theoreticae et experi-

mentalis professor. Apparatus mathematicus et physicalis colligendus et curae professoris mathematicae mixtae tradendus est. (Qui his institutis destinati sint sumptus, speciatim non enumerat conspectus.)

Statuta sunt porro haec, quae cum ad rationes ordinis nostri certius definiendas pertineant, in statuta autem postea edita non recepta sint, hîc afferenda esse, duxi.

§. 71. Quisque ordo, superato publico examine et habita disputatione, consensu curatorum collegii, confert dignitates academicas et veniam publicas praelectiones habendi.

§. 73. Mercedis pro gradu accepto solvendae, a curatorum collegio, una cum professoribus definiendae, tertia pars universitatis aerario reddenda, duae tertiae partes autem eo, quo ordini placet, modo distribuendae sunt.

(Quae anno 1803 sunt statuta, non commemorant hanc mercedem, quae, diversa secundum diversa examina, dispertiebatur inter ordinis aerarium, examinatores et ministros academicos, donec mense Augusto anni 1817 a Superioribus decretum est, ut examina et promotiones gratis instituerentur.)

§. 74. Si per anni spatium nulla promotio

locum habuerit, convenientibus hac de re ordinibus, disputatio quaedam publice est instituenda.

§. 79. Quisque ordo ad usum eorum, qui initio semestris primum advenerint, scholas de methodologia habebit.

§. 80. Medicorum ordini insuper curae erit, ut singulis annis schola explicetur studiosis sacra ruri curaturis, qua idonei fiant ad consilium paroecis exhibendum, quomodo morbi sint praecavendi vel sanandi.

§. 88. Cujusque professoris est per semestre spatium unam scholam gratis et duas saltem privatas habere.

§. 91. Praelectiones privatae quater per hebdomadem sunt instituendae, ita ut dies Mercurii et Saturni restent scholis gratis habendis. Pretium scholae studiosis solvendum diversum sit quoad ordines; pro praelectionibus medicis decem rubeli sunt constituti.

(Quae anno 1803 statuta sunt, praelectionum gratis habendarum mentionem non faciunt, sed §. 88 constituit praemium pro schola ter vel quater per hebdomadem habita 10 rubelorum, aucto praelectionum numero etiam praemium augeri potest, neque tamen unquam 15 rubelos superare debet. Juvenes, qui paupertatem suam satis probant, immunes sunt.)

§. 92. Professoribus et privatim docentibus licet, peracta disputatione, de quaque scientia scholas aperire, nec opus est litteris a facultatis membro datis, quae hoc concedant, vel illum commendent.

§. 93. Cuique medico practico licet tirones juxta aegrotorum lectulos in medicina exercere, et cuique, qui gradum in arte medica obtinuit, res medicas studiosis, qui aliis scientiis incumbunt, exponere, attamen sine mercede.

(Ex qua paragr. cum §. 71 comparata apparet, cuique medico cum gradu etiam concedi veniam docendi praxin et medicinam popularem, et quidem gratis, aliis vero et privatis scholis praecedere debet (§. 92) disputatio vel habilitatio, quae dicitur.

§. 95. Professoris est in scholis servare ordinem et perspicuitatem, immo prima scientiarum elementa docere, scholas non praelegere, vel tantummodo in calamum dictare, sed sermone fluente uti, ut altius intrent res in animos eorum, qui audiunt.

Anno 1800 agebatur de universitate Mitaviae condenda. Senatus autem edictum die 21. Januarii anni 1802 promulgatum jubet: cum Alexander I. Imperator die 5to h. m. modo laudatum consilium, mutatis nonnullis rebus (in

edicto enarratis) confirmasset, universitatis curatoribus a nobilium Livoniae et Esthoniae ordine, qui eos elegerat, praescribi, ut sine mora neve serius quam intra 6 hebdomades Dorpatum conveniant et omnia diligentissime comparent, quae ad constituendam, immo ad aperiendam universitatem sint necessaria, et simulac curatorium sit institutum, hoc Senatui dirigenti indicent.

Omnibus ex edicto compositis, aperitur jam die 21. Aprilis nova academia et die 1. Maji incipiunt scholae argumenti praecipue encyclopaedici. Adsunt decem professores et undeviginti litterarum studiosi. In medicorum ordine occurrunt professores Styx *), Balk **) et Arzt,

---

*) Martinus Ernestus Styx, natus Rigae d. 19. Dec. an. 1759, litteris incubuit Jenae et Argentorati, med. D. Jenae 1784.

Descriptio anatomica nervi cruralis et obturatorii, icone illustrata. Jenae 1784. 4. Editio secunda. Lipsiae 1808.

Ueber den Missbrauch des Aderlassens in den nördlichen Provinzen Russlands, für Leser aus allen Ständen. Riga 1793. 8.

Beytrag zur Geschichte der verlarvten und ansteckenden Wechselfieber, in: Pfaff und Scheel nordisches Archiv für Natur- und Arzneywissenschaft. Kopenhagen 1799. 8. Vol. I. fasc. 1 p. 43—56.

Sichere Heilart des Keichhustens, in: Hufelands Journal 1799. Vol. 7. fasc 4. p. 177—182.

(chemiae et pharmaciae professor, qui noctu 3. ad 4. Augusti ejusdem anni in flumine Embach periit.) Tres juvenes medicinae studiosi albo

---

Bedenkliche Wirkungen der Brechmittel im Magenkrampf von Aergerniss, in: Hufelands Journal Vol. 8. fasc. 1. p. 166—170.

Oratio de medicinae popularis necessitate et utilitate, in Jäschens Geschichte der Feierlichkeiten bei der Eröffnung der Universität zu Dorpat 1802. 4. p. 53—63.

Danielis Georgii Balk commentationem medicam, qua locum inter professores ordinarios obtinebit, indicit D. M. E. Styx. De Russorum balneis calidis et frigidis part. I. Dorpati 1802. 4. p. 7.

Ideen über populäre Arzneikunde. Dorpat 1803. 8.

Handbuch der populären Arzneiwissenschaft für die gebildeten Stände in den nördlichen Provinzen Russlands. Riga 1803. 8. Vol. primum. XVI. 212.

Ueber die Heilkräfte der Wandflechte, als neu entdecktes inländisches Substitut der Chinarinde. Dorpat 1817. 8. p. 39. c. tab. aen.

Judicia de libris in: rheinische Mannigfaltigkeiten, et Salzburger medicinische Zeitung.

**) Daniel Georgius Balk, natus Regiomonti die 11 Junii 1764, litteris incubuit et doctor factus ibidem 1787, medicus circuli Jacobstadiendis in Curonia 1796.

Dissertatio inauguralis, de derivantibus. Regiomonti 1787.

Auszüge aus dem Tagebuche eines ausübenden Arztes über verschiedene Gegenstände der Arzneiwissenschaft. 1 Sammlung. Berlin 1791. 8. 2te Sammlung. Liebau 1796. 8. p. 304.

Einige Worte über die Krankheiten des hiesigen Bauern für Gutsbesitzer und Prediger Kurlands. Mitau 1793. 8.

sunt inscripti. Ex philosophorum ordine hic enumerandi sunt Georgius Fridericus Parrot, physices professor, et Godofredus Albertus Germann, historiae naturalis et botanices professor. Mense Julio feriae.

Beyträge zur deutlichen Erkenntniss und gründlichen Heilung einiger am häufigsten herrschenden langwierigen Krankheiten. Mitau 1794. 8. p. 518. Ed secunda. Leipzig und Liebau 1798. 8. p. 424.

Was war einst Kurland und was kann es nun unter Catharina's Scepter werden? Eine medicinisch-politische Abhandlnng. Mitau 1795. 8.

Wie können Frauenzimmer gesunde und glückliche Gattinnen und Mütter werden? In Briefen an eine Freundin, medicinisch-populärphilosophischen Inhalts. 1stes Bändchen. Libau 1796. 8.

Was ist wahrer Ruhm? Eine Rede in: Jäsche Geschichte der Feierlichkeiten u. s. w. S. 74—82.

Georgii Friderici Parrot dissertationem, qua locum inter professores sibi vindicabit ordinarios, indicit D. G. Balk; de artis medicae relationibus ad rempublicam commentaturus. (1802) 4. p. 8.

Commentatio medica naturae virium vitalium disquisitionem ac febris pathologiam sistens, quam pro rite capessendo munere professoris ordinarii defendet D. G. Balk 4. p. 18.

Versuch einiger Umrisse der philosophisch-medicinischen Jurisprudenz, als Leitfaden zu Vorlesungen über dieselben. Dorpat 1803. 8. XII. 230.

Versuch einiger Materialien zum Behuf einer künftigen Literargeschichte der Pharmacie, in: Grindels Jahrbuch der Pharmacie, 1808.

Novum semestre a die 1. Augusti ad finem Decembris. Praelectionum index, germanice solum editus, exhibet sub inscriptione: medicorum ordo.

Styx, D. medicinae publicae et popularis, etiam diaetetices professor, et

Balk, D. pathologiae, therapiae et clinices professor.

Prorector: Parrot. Ordinis medicorum decanus Styx.

Numerus juvenum, qui medicinae incumbunt est sex.

Hoc semestri duo professores, Parrot *) (die 15. Septembris) et Balk (die 14. Octobris) secundum §. 92 defendunt commentationes suas ob munus ineundum conscriptas; priorem disputationem indicit Balk programmate, alteram Styx.

Medicorum ordo primum convenit die 9. Junii; sigillum confirmatum accipit die 9. Septembris, et anni decursu absentem creat medicinae et chirurgiae doctorem.

Hoc anno initium capiunt bibliotheca, museum rerum naturalium et apparatus physicalis;

---

*) Ueber den Einfluſs der Physik und Chemie auf die Arzneikunde nebst einer physikalischen Theorie des Fiebers und der Schwindsucht. 4. p. 32.

apparatus chemici pauci adsunt, et praeparata anatomica omnino non.

Dum nova academia summo studio nitebatur, ut res suas bene digereret et ordinaret, accepit litteras Imperatorias, quibus fundabatur, ab Imperatore Alexandro, et quidem ipsius die natali (12. Decembris) datas, quae die 23. Decembris solemniter hîc Dorpati pronunciabantur.

Quae fundationis litterae, e magnificentia et munificentia Imperatoris sapientissimi et Musis amici profectae, optima sunt novae universitati auspicia. En earum epitomen!

Reditus universatis ita sunt aucti, ut ex 240 jugeribus Livonicis (Hacken), non sicut antea erat constitutum, ex 100 solummodo jugeribus confluerent, aut eorum loco ex imperii aerario 120000 rubelorum sunt assignata.

§. 5. Universitas, more universitatum exterarum, gradus academicos praebet, quibus condecoratis licet quodque munus, ad hoc litterarum genus pertinens, suscipere, nullo alio examine superato.

§. 7. Universitas suam habet censuram et scriptorum ab illa vel ab aliquo ejus membro editorum, et librorum, quos suo usui, ex terris exteris arcessit, quique terra marique libere inferri possunt.

§. 11. Exteri, et professores et qui munere aliquo universitatis funguntur, semper sunt liberi a tributo capiti imposito, et abeuntes non solvunt imperio tributum censuale; imperium intrantibus autem licet prima vice res pretii 3000 rubelorum vectigali non soluto secum afferre, aut post adventum arcessere.

§. 12. Per primos decem annos constituimus Nos annuam mercedem professoris ordinarii 2000 rubelorum; rectori quarta, et cujusque facultatis decano decima pars hujus mercedis additur.

(In §. 280 statutorum anno 1803 editorum hoc explicatur ita: Universitati licet post denos annos mercedem et professorum et eorum, qui munere aliquo universitatis funguntur, constituere secundum praesentem pecuniae valorem.

Adnot. Tunc temporis rubelus argenteus valebat pro 125 copecis cupreis, ergo universitatis reditus 120000 rubelorum aequabantur 96 millibus rubelorum argenteorum, et professoris merces 2000 rubelorum aequiparanda 1600 rubelis argenteis.)

§. 13. Professor, per 25 annos munere suo studiose et diligenter functus, si diutius manere non vult, ex universitatis reditibus, quam ante habebat mercedem, etiam postea, quamdiu vivit, beneficium annuum accipit, quo ubicunque loco-

rum frui licet. Eodemque modo professores et praeceptores, qui ex testimonio universitatis concilii ob morbum insanabile munere suo fungi jam non possunt, dimidium mercedis accipiunt, ob insignia autem merita, et ob eximium ab universitate datum testimonium tota merces adjudicatur, ubi, hortante universitatis Curatore, Administer, quaecunque ad institutionem publicam pertinent, moderans, Nobis rem confirmandam proponat.

§. 14. Professorum praeceptorumque et viduae et nati, quamdiu impuberes sunt, vel semel accipiunt demortui mercedem annuam, vel insuper beneficium annuum. Jus beneficii accipiendi hoc modo constituitur. Professoris vel praeceptoris, qui munere suo academico quinque ad quindecim annos studiose et diligenter functus est, et vidua et liberi impuberes, praeterquam quod semel annuam mercedem accipiunt, etiam quinta mercedis parte beneficii annui nomine fruuntur. Sin autem professor aut praeceptor, qui per plures, quam quindecim, annos munus suum explevit, moritur, viduae et liberis, excepta annua mercede semel numeranda, assignatur quarta mercedis pars pro beneficio annuo. Sed hoc beneficium desinit, simulac vidua secundum init conjugium, et liberi vicesimum primum annum

complent, vel si, etiam minores natu, puellae nubunt, et filii munus aliquod suscipiunt. Professorum et praeceptorum, qui quinto muneris anno non expleto moriuntur, et viduae et liberis semel annua merces solvenda est; sin autem insignia demortui merita poscant, ut universitas curam orborum singularem habeat, Administer rerum ad institutionem publicam pertinentium, re exposita, admoneatur, ut superstitibus detur beneficium annuum, defuncti meritis dignum, quod quintam mercedis partem superare non potest.

§. 15. Universitatis professores sunt 7mo dignitatum per Rutheniam ordine, accipiunt litteras Imperatorias, quibus titulus huic ordini conveniens illis defertur, et ipsi eorumque posteri nanciscuntur jura huic ordini injuncta. Rector, quamdiu munere fungitur, censetur 5to ordine, scribae nono, ab universitate creati doctores octavo, (sicut etiam professores extra ordinem, ut addunt statuta anno sequente edita), magistri nono ordine. Studiosi qui, facultate testante, insignes sunt litterarum cultura et moribus, si muneri civili praeficiuntur, pares sunt dignitate militiae duci superioris ordinis, (i. e. censentur 14to ordine).

§. 16. Aedificia universitatis immunia sunt militum hospitio, item domus, quam totam habitat professor.

Sic fundationis litterae Imperatoriae. Quae iis nituntur statuta, die 21 Septembris 1803 promulgata, multum discrepant a consilio, supra excerpto, quam ob rem et quia plura ad nostrum ordinem pertinentia accuratius constituunt, quam modo laudatae litterae, liceat quae sequuntur, ex illis communicare.

§. 65. Omnium disciplinarum divisio, in universitatibus externarum regionum usitata, in quatuor facultates, servatur quidem, attamen philosophorum ordo respectu disciplinarum illum constituentium varietatis et diversitatis in quatuor classes distribuitur, quae sunt: 1) classis philosophico-mathematica, 2) classis doctrinas de rerum natura complectens sive physica, 3) philologico-historica et 4) technologico-oeconomica.

Sunt omnino 23 professores ordinarii, 3 extra ordinem, inter quos etiam est prosector.

In ordine medico sunt 4 professores ordinarii, 1) anatomiae, physiologiae et medicinae forensis; 2) pathologiae, semiotices, therapiae et clinices; 3) diaeteticae, materiae medicae, historiae artis medicae et litteraturae medicae; 4) chirurgiae et artis obstetriciae; (cujusque merces annua 2000 rubelorum). Porro 5) professor extraordinarius artis veterinariae (ejus merces

1500 rubeli); et 6) prosector, etiam professor extra ordinem (ejus merces 1000 rubeli).

Adnot. Quae sub no. 4 et 5 occurrunt professoris partes, alio modo distributae sunt anno 1804, ubi fusius de hac re.

Philosophorum ordinis classis physica constat 1) ex professore physicae tum theoreticae tum applicatae; 2) ex professore chemiae et theoreticae et applicatae, et 3) ex professore historiae naturalis in genere et botanices in specie.

Instituta huc pertinentia sunt:

1) Theatrum anatomicum, curante anatomiae professore, cujus adjutor est prosector.

Theatro singulis annis destinati sunt 300 rubeli, ad sustentanda autem praeparata et anatomica et pathologica 1000 rubeli. Collectioni rerum pathologicarum praeest professor pathologiae.

2) Institutum medico-clinicum, moderante professore therapiae et clinices.

3) Institutum chirurgico-clinicum, curante chirurgiae professore.

4) Institutum obstetricium, duce professoris artis obstetriciae.

Quibus institutis quotannis 7500 rubeli sunt destinati.

Porro collectio apparatuum physicae, cujus

annuus reditus 1500 rubeli; laboratorium chemisum, cujus reditus 1200 rubeli, museum rerum naturalium cum 1000 rubelis et hortus botanicus cum 1200 rubelis. Ad hortulanum et duos operarios sustentandos praeterea 800 rubeli sunt assignati.

Denique §. 112 praecipit, ut cum instituto, ubi studiosi lavari ac natare possunt, conjungatur aliud, quo asphycticorum cura geratur, praeside therapiae professore.

§. 150. Ad excitanda ingenia ab universitate quovis anno quaestiones cum praemio proponuntur, ad quas illis tantummodo respondere licet, qui albo academico sunt inscripti. His praemiis solvendis destinati sunt 500 rubeli.

De diversis gradibus, quos in hac musarum sede adipisci possunt, sic constituunt leges:

§. 72. Universitas impertit duos superiores gradus academicos, supremum doctoris, et secundum magistri, per omnes quatuor ordines. Quibus exceptis tertius adest illis, qui muneri cuidam obeundo pares sunt, candidati gradus, qui in ordine theologorum, jurisconsultorum et philosophorum occurrit, non in ordine medicorum, quia medico leviter docto hominum vita credi non potest.

§. 73. Doctoris gradum in hac universitate

(excepto casu, quem §. 78 commemorat) nemo consequi potest, nisi praegressa magistri dignitate. Magistri gradum adipiscitur superato examine severo et dissertatione, a respondente ipso exarata, publice, praeside promotore, defensa. Ut quis doctoris gradu ornetur, oportet novum et severius examen subeat, tunc per tres sequentes dies scholas publicas habeat de re quadam, a facultate praescripta, denique dissertationem proprio Marte elaboratam sine praeside publice defendat.

§. 75. Examini solemni ad magistri gradum accipiendum praemittitur tentamen ab ordinis decano instituendum, ad quod sibi adjungere debet unum vel plures professores philosophorum ordinis, qui disciplinas, quae auxiliares dici possunt, tradunt. Tentaminis eventum refert decanus ordini, qui ignaros repellat.

§. 76. Examen, quod praecedere debet, antequam gradus superiores academici obtineri possunt, hoc modo est instituendum. Ex quoque genere disciplinarum ad hunc ordinem pertinentium certus numerus quaestionum, quae celandae sunt, litteris mandatur. Ex his quaestionibus sorte eliguntur duae pro magistri, quatuor pro doctoris gradu adipiscendo, de quibus diligenter et accurate, qui examinari velit, est percunctandus.

Tunc illi respondendum est ad quaestiones, quas professores pro lubitu proponunt, et denique aequalis numerus quaestionum sortitarum traditur examinando, ut illas praesente ordinis membro in conclavi separato elaboret.

Ad praecavendum, ne vel ira vel gratia teneatur ordo, exceptis facultatis membris, duo universitatis consilii membra sorte electa, tamquam ceterorum ordinum legati examini adesse debent. Cuique facultati licet, cum praescripto examine conjungere alias exercitationes practicas.

(Quas medicorum ordo praecepit, videbis initio anni 1805 relatas).

§. 77. Quisque ordo, superato examine et dissertatione publice defensa, confert gradus academicos per promotorem ab ipso constitutum, qui decanus est, et hujus rei fidem facit litteris sigillo facultatis munitis. Decanus etiam disputationi pro magistri gradu obtinendo praeesse solet.

§. 78. Ceteroquin cuivis ordini licet consentiente universitatis concilio, viros cognitis de litteris promovendis meritis, qui vel in regionibus exteris, vel in Imperio Russico vitam degant, et scriptis editis famam non mediocrem acquisiverint, vel in munere publico fungendo insignes sese praestiterint, doctores honoris causa, ut dicitur, pronunciare.

§. 80. Disputationes pro gradu magistri et doctoris impetrando ex communi praecepto latine habentur, attamen facultati licet, ratione litterarum habita, veniam dare ab ipsa petitam, disputationis lingua germanica instituendae.

§. 81. In omni publica disputatione post illos, qui a respondente rogati adversarii partes susceperunt, inter quos unus saltem ordinis professor esse debet, cuique licet extra ordinem sua proferre argumenta.

§. 82. Quisque chirurgus et pharmacopola, item quaeque obstetrix a medicorum ordine probari potest, quo veniam artis suae libere exercendae accipit. Chirurgi et pharmacopolae, qui examen pro candidati gradu sibi conciliando superant, censentur 12mo dignitatum ordine. Obstetrices autem accipiunt litteras, quibus veniam artis suae exercendae illis datam esse testatur, commendantur ad instituendas obstetrices ruri viventes, et jure suo munus obstetricis circularis possunt ambire.

Ex paragraphis de scholis habendis haec afferre liceat.

§. 89. Si auditorum numerus in schola quadam non ad sex adscendit, professoris non est eam habere, sed tempus ad aliam magis frequentatam conferre potest.

§. 90. Ut omnes quam diligentissime electi professores eo magis incitentur ad provinciam iis demandatam, quam maxime fieri possit, excolendam, et vitam academicam illis disciplinis, quas profiteantur, vovendam, nemini professorum licet scholas indicare de rebus, quae ad ordinem, cujus est professor, non pertinent, sed omnes sui ordinis doctrinas docere potest, hac solummodo sub conditione, ut partes suas, a quibus nomen fert ipsius munus, non negligat.

Adnot. Nonnullas quidem exceptiones ab hac lege, quas scholarum tabula indicat, interdum universitatis concilium comprobavit. Plura vide in quoque anno, ubi hoc occurrit.

§. 91. Universitatis concilium jus et potestatem habet veniae docendi res in certo ordine, vel classe, gradu quodam academico ornatis, qui professores non sunt, concedendae. Ad impetrandam hanc veniam ex lege opus est, ut, excepta dissertatione inaugurali, aliam pro venia legendi publice defendat.

§. 93. Universitas ferias agit bis quotannis per totum mensem Januarium et totum mensem Julium.

1803.

Rector primo semestri Parrot, secundo Balk.

Ordinis medicorum decanus Styx.

Primo semestri spatio huc evocati sunt Henricus Fridericus Isenflamm *) ad suscipiendum munus professoris anatomiae, physiologiae et medicinae forensis, et Michael Ehrenreich Kauzmann **) ad munus professo-

---

*) Henricus Fridericus Isenflamm, Erlangae natus die 20. Junii st. n. anni 1771. med. doctor 1791. prof. extr. 1795. prosector 1796.

Diss. inaug. de absorptione morbosa. Erlangae 1791. 8.

Diss. continens nonnulla de motu linguae. ibid. 1793. 8.

Programma, descriptio foraminum, fissurarum et canalium capitis ossei. ibid. 1795. 8.

Diss. continens brevem descriptionem sceleti humani variis in aetatibus. ibid. 1796. 8.

Isenflamm und Rosenmüller, G. C. Beiträge zur Zergliederungskunst. 2 Vol. Lipsiae 1800—1803.

Tagebuch des anatomischen Theaters der K. Universität Dorpat vom Jahre 1803 und 1804. Einladungsschrift zu seinen am 15. Aug. 1805 beginnenden Vorlesungen. Dorpat. 8. p. 26.

De vulneribus diaphragmatis observatio, programma, quo ad demonstrationes suas anatomicas in novo theatro anatomico Caes. Univ. Dorp. inchoandas d. 5. Febr. invitat. Dorpati 1806. 8. p. 12.

Beschreibung der äufsern und innern Beschaffenheit einer angeborenen vorgefallenen umgestülpten Harnblase und der dazu gehörigen Theile eines männlichen Körpers. Dorpat 1806. 8. p. 20.

**) Michael Ehrenrch. Kauzm. natus Schwabachi d. 9. Augusti st. n. anni 1768. med. et chir. D. Erlangae 1802.

Diss. inaug. de novo trepanationis instrumento, cum tab. aen. Erlangae 1802. 8.

ris extra ordinem et prosectoris subeundum. Uterque scholas secundo semestri ineunte incipit.

Etiam primo semestri Alexandro Nicolao Scherer, Vindobonae professori, offertur munus professoris chemiae tum theoreticae tum practicae, quod susceptum oratione hac auspicatur: In welchem Verhältnifs stehen Theorie und Praxis der Chemie gegeneinander? Beantwortet bei Uebernahme seiner ordentlichen Professur etc. am 14. October 1803 von Dr. A. N. Scherer, p. 18 in 8vo.

Denique eodem temporis spatio hortus Pistohlkorsiensis emitur, ut ibi hortus botanicus aedificetur.

Primum magistri examen institutum est die 29 Octobris, et primum doctoris examen die 10 Novembris. — Tentatus quidam repellitur. — Unum medicinae magistrum et doctorem superatis examinibus creat medicorum ordo, et 3 absentes med. et chir. doctores pronuntiat.

Sub anni fine 14 arti medicae hic incumbunt.

1804.

Rector primo semestri Balk, secundo Gaspari.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Styx, secundo Balk.

Munus professoris chirurgiae, a quo ars ob-

stetricia ex statutis cum illo conjuncta separatur, die 30 Septembris traditur Kauzmanno, cujus locus, professoris extra ordinem et prosectoris, die 13 Octobris mandatur Ludovico Aemilio Cichorio. *) Artem obstetriciam autem docendi officium imponitur muneri professoris artis veterinariae, quod extra ordinem quidem ordinarium facere decernit Universitatis concilium die 31 Octobris, si Deutsch, Erlangae professor, illud suscipiat. Quae omnia cum a superioribus confirmarentur, die 26 Novembris novum munus professoris ordinarii artis obstetriciae et veterinariae defertur Christiano Friderico Deutsch **). — Scherer, cui munus

*) Ludovicus Aemilius Cichorius, natus Lipsiae die 7 April st. n. 1770, ibidem litteris incubuit, Phil. mag. et D., Med. baccalaureus. Med. et chir. Dr.
Betrachtungen über die Muttermäler, in: Der Zuschauer im häuslichen Leben. Leipz. 1796. Vol. 2. p. 74 — 123.
Ueber die physischen Verschiedenheiten der Menschen und besonders über die in der Gattung dieser existirenden Racen, in: Martens Paradoxien. Vol. 1. fasc. 2. p. 131 — 174.
Einige Bemerkungen über die Racen unter den Thieren. p. 175 — 180.

**) Christianus Fridericus Deutsch, natus Francofurti ad Viadrum die 16 Sept. st. v. anni 1768, litteris incubuit Halae et Göttingae, med. et chir. D. Halae 1792, artis obstetriciae prof. extraord. Erlangae 1796.
Diss. inaug. de graviditate abdominali, singulari observatione ad tab. IV. aeneas illustrata, cum quibusdam ad historiam litterariam additamentis, huc facientibus. Halae 1792. 4. p. 46.
De necessitate obstetrices bene institutas publica auctoritate constituendi. Prolusio, qua professionis medicinae artisque obstetriciae extraordinariae adeundae causa invitat. Ch. Fr. D. Erlangae 1798. 8. p. 36.

professoris in academia Petropolitana offertur, petitam muneris vacationem die 14 Septembris impetrat, cujus cathedra traditur Davidi Hieronymo Grindel, Dr. et pharmacopolae Rigensi.

Institutum medico-clinicum, ad novem aegrotos excipiendos accommodatum, die 1 Maji aperitur in domo privata, cum aedificium huic scopo destinatum adhuc condendum sit. Institutum chirurgico-clinicum, et obstetricium nondum existunt. Collectio instrumentorum chirurgicorum possidet collectionem Wolffsonianam, Imperatoris munificentia acceptam, et nonnulla instrumenta.

Theatrum anatomicum vicarium etiam secundo semestri aperitur, in quo novem corpora mortua dissecantur. Collectio et anatomica et pathologica nonnullis gaudet praeparatis.

Existit etiam hortus botanicus, et laboratorium chemicum cum apparatibus quibusdam.

Anni decursu unus in examine non satisfaciens ordini repellitur; uni praxin medicam sub conditionibus exercendi (quem subchirurgum vocant), tribus autem medicinam libere factitandi venia conceditur, porro 2 magistros, doctorem medicinae et doctorem medicinae et chirurgiae creat medicorum ordo.

Numerus eorum, qui in hac universitate ar-

ti salutari operam dant, sub anni fine est 21.

1805.

Rector primo semestri spatio Gaspari, secundo Parrot.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Balk, secundo Isenflamm.

Ineunte primo semestri scholas suas incipiunt Cichorius et Grindel, (qui in suscipiendo munere edit libellum: Versuch über die Blausäure. Rigae), secundo autem Deutsch suas.

Quae ordo medicorum de examinibus proposuit, a Superioribus confirmantur die 6to Februarii. Sunt autem haec:

1) Ad magistri gradum accipiendum loco dissertationis conscribendae et defendendae sufficit disputatio de thesibus, quas ordo proponit. Ceterae, quas statuta jubent, res immutatae restant.

2) Pro tribus scholis, a doctorando habendis, substituuntur haec:

a) Pars quaedam corporis humani, ab ipso praeparata (in re difficiliore prosectoris auxilium exorare licet) praelectione anatomica publice est explicanda.

b) Publice etiam sectionem cadaveris, consulto vulnerati, instituito, et quod repertum est, adjecta sua sententia de hac re, elaborato (quod visum repertum vulgo dicitur); si cadaver desit

judicium ferre debet de casu singulari hunc in finem sibi proposito.

c) Denique curare debet aegrotum in instituto clinico (utrum in medico, an chirurgico, an obstetricio, ipsi eligere licet) per duas vel tres hebdomades.

Ex decreto ordinis medicorum ad examen pro gradu etiam professor chemiae et pharmaciae adhibendus est.

Institutum medico-clinicum adhuc in domo privata, institutum chirurgio-policlinicum mense Aprili aperitur, et sub anni exitum etiam institutum obstetricium vicarium.

Collectio rerum anatomicarum et pathologicarum emtione amplius 500 praeparata sibi parat, neque tamen jam hoc anno in novo theatro collocari licet. Ad collectionem rerum chirurgicarum condendam assignantur 4000 rubelorum, e pecunia, ex annuis reditibus reliqua.

Hoc anno medicus dentarius et alius, qui veniam petebat, cum in examine non satisfaciant, repulsam ferunt; contra venia sub conditionibus duobus et praxin libere exercendi potestas quatuor juvenibus conceditur; gradum pharmacopolae accipit unus, magistri quinque, med. doctoris duo, med. et chir. doctoris tres, denique 2 absentes med. et chir. doctores creantur.

Sub fine anni 19 medicinae studiosi adsunt.

1806.

Rector primo semestri spatio Parrot, secundo Meyer.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Isenflamm, secundo Deutsch.

Suadente medicorum ordine universitatis concilium die 28 Februarii decernit, ut professor historiae naturalis et botanices, sicut pharmaciae professor, qui hucusque semper ad examinandos illos, qui quendam pharmaceutices gradum ambibant, adhibiti sunt, in posterum, cum his in casibus exploratorum sint principes, ordinis membra habeantur et locum cum suffragio in ordine medicorum teneant, si examina ejusmodi sint instituenda.

Decretum Imperatoris die 19 Maji editum universitati, quod optaverat, annos reditus numerata pecunia promittit, et praedia, illi data, adimit.

De Rosenkampf, a consiliis status, universitati hortum dono dat, in quo nunc hortus botanicus aedificatur.

Cum annui reditus universitatis non omnino sint consumti reliqua pecunia 4000 rubelorum ad condendam collectionem rerum naturalium et 1500 rubeli ad constituendum institutum obstetricium destinantur.

In theatro anatomico, recens exaedificato, collocatis ibi praeparatis, incipiunt die 5 Februarii praelectiones, ad quas invitat Isenflamm programmate supra commemorato. — A directore instituti medico-clinici, Balk, typis divulgantur: Gesetze für das medicinische Klinikum und für die Studierenden der Medicin, welche dasselbe besuchen. Dorpati 1806. 8. p. 29. —

Institutum chirurgico-clinicum inde a die 21 Februarii, non solum policlinicum est, sed in cubiculis mercede conductis 6 lecti ad aegrotos recipiendos sunt destinati. — Instituto obstetricio additur obstetrix artis suae gnara, quae ibidem habitans rerum necessariarum curam gerat.

Anni decursu duobus venia sub conditionibus, uni libere praxin exercendi tribuitur. Pharmacopolas duos, magistros 5 et med. doctores 3 creat medicorum ordo, et absentem doctorem med. et chir. pronuntiat. Duo qui praxeos veniam, et unus qui doctoris gradum petebant, quia in examinibus institutis non bene respondebant, repulsi abeunt.

Sub anni fine 38 medicinae studiosi in hac universitate degunt.

1807.

Rector per totum annum Meyer.

Medicorum ordinis decanus primo semestri Deutsch, secundo Styx.

Ordo die 14 Decembris decernit professorem chemiae et pharmaciae etiam ad examen pro venia practicandi adhibere, sicuti jam in examine pro gradu obtinendo mos erat.

Versus anni finem multi aegroti ex militibus, urbem transeuntibus, hic manent, et in institutis clinicis, hunc in finem amplificatis, recepti curantur, ducibus Balk et Kauzmann; etiam Styx et Isenflamm feriis operam suam offerunt militibus medendo. Sequente anno Imperator comprobationem Suam sibi parassè operam directorum, Balk et Kauzmann, palam fecit, cum Ipsi placeret cuique annulum adamantibus ornatum dono dare. Insuper pecunia ab universitate in alendis et curandis militibus consumta reddita est.

Superatis examinibus hoc anno 5 pharmacopolae sunt nominati, 4 praxeos liberae venia data, et absens med. et chir. doctor creatus.

Juvenes 31 sub anni fine arti salutari incumbunt.

1808.

Rector primo semestri Meyer, secundo Deutsch.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Styx, secundo Balk.

Consilium, quo modo clinicum bene instituatur, una cum sumptuum indice jussa Superiorum delineatum, mutatis nonnullis rebus, comprobant

Curatoris litterae, et aedificium recens exstructum mense Julio directoribus institutorum clinicorum traditur, qui scholas ibidem incipiente secundo semestri aperiunt. In sectione tum medica tum chirurgica decem lecti aegrotis recipiendis sunt destinati, in sectione obstetricia 5 lecti.

Cum nonnulli medici ex regionibus exteris ad munera medicorum militarium obeunda arcessiti, ut magis excolerentur, jussi sint huc se conferre, ubi sumptibus Imperii alerentur, universitas rationem de methodo illos instituendi et sustentandi die 4to Novembris conscribit, de qua comprobata ab Imperatore plura dicemus sub sequente anno.

Petropoli constitutum est concilium ad tollendas difficultates exortas diversitate examinum medicorum, quae vel a suprema rerum medicarum administratione, vel ab universitatibus instituerentur, et decretum die 22 Augusti 1808 editum constituit: Cum universitatum instituta clinica sint nimis parva, illi, qui Imperii sumptibus in universitatibus medicinae operam dant, superato cursu theoretico et examine, per anni spatium nosodochium majus frequentanto, ubi candidatorum nomine munere fungantur. Qui vero suis sumptibus medicinae incumbebant, statim doctores pronuntiari possunt, sed ut ad munus

quoddam Imperii admittantur, illis etiam opus est per anni spatium institutione practica in nosocomio frui.

Venia sub conditionibus practicandi non conceditur; qui hanc antea accipiebant, vel candidati nomine in nosocomio per annum sunt adhibendi, vel denuo examinandi.

Sine praegresso examine promotio ne fiat.

Universitati illos tantummodo examinare et doctores creare licet, qui totum studii cursum ibi conficiebant.

Superatis examinibus medicorum ordo anni decursu 4 juvenibus veniam praxeos medicae liberam concedit, pharmacopolam, 5 magistros, 3 med. et chir. doctores pronuntiat, etiam duo absentes med. et chir. doctores creantur.

Anni fine medicinae studiosorum numerus 42.

1809.

Rector per ambo semestria Deutsch.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Balk, secundo Styx.

Mense Aprili Kauzmann missionem rogat, promittens, se per anni spatium adhuc scholas suas habiturum esse, ut universitati satis sit temporis vacuo muneri aliquem praeficiendi. — Germann moritur mense Novembri, et, quam

diu munus professoris botanices et historiae naturalis vacat, Grindel scholas botanicas suscipit, et Ulprecht, collectionis rerum naturalium inspector, ad alias lectiones de historia naturali habendas sese offert.

In novas universitatis aedes mense Augusti immigrant universitatis cancellariae, etiam collectiones ibi collocandae hoc anno transferuntur.

Mense Januario adveniunt 33, qui sumptibus publicis arti medicae hic operam dent. Cuique per annum 402 rub. 92½ cop. destinati, quam summam Imperator clementissimus 50 rubelis auxit. Universitatis, quae totam pecuniae vim accipit, est prospicere non solum eorum institutioni, sed etiam rebus ad vitam necessariis, quam ob rem curat, ut commune domicilium et victus paretur pro 300 rubelis cuique quotannis solvendis, duobus autem maritis pecunia ipsis destinata per menses traditur, ut ipsi necessaria sibi parent.

In studiosorum numerum receptos ordo medicorum, adhibitis etiam chemiae et botanices professoribus, examinat, illisque praescribit, quas praelectiones frequentent.

Etiam in lingua rossica et latina, quarum paene imperiti erant, instituendi sunt; alteram illos docet Glinka, prof. litteraturae rossicae, al-

teram Hezel, exegetices et linguarum orientalium professor, qui sponte operam suam in hac re offerebant, nam in omnibus rebus gratis erudiuntur. Undecim vero eorum tam imperiti et hebetes erant, ut nulla spes, illos ad munera obeunda excoli posse, adesset, quam ob rem, re Superioribus indicata, in patriam reverti jussi sunt; quisque autem viaticum 50 aureorum (Ducatorum) accepit; unus vero ita se gesserat, ut trans Imperii fines mittendus esset. Qui omnes undecim amoti sunt mense Majo; advenerunt vero alii duo mense Aprili et octo mense Augusto.

Mox melius visum est omnibus pecuniam tradere, ut sibi ipsi res necessarias compararent.

Secundo quoque mense eorum examina instituebantur, et de successu, quo scientias et linguas tractarent, et de moribus illorum, universitatis Curator per litteras certior factus est. Sed ultima hujus anni relatio hanc fert sententiam: ex omnibus per totum annum institutis examinibus elucet, maximam partem, ut videtur, mediocritatis gradum vix superaturam esse, cujus rei causae praecipue in eo quaerendae sunt, quod illis doctrinae scientiis medicis praemittendae, sicut linguae paene ignotae sunt, et quod ex modo memorata inscientia exoritur necessitas illos multis lectionibus onerandi.

Currente anno, superatis examinibus, duobus venia praxin libere exercendi datur, pharmacopolam, pharmaciae candidatum, 3 magistros totidemque med. et chir. doctores creat medicorum ordo, qui omnes hujus universitatis alumni sunt.

In anni fine 86 adsunt qui medicinae incumbunt.

1810.

Rector primo semestri Deutsch, secundo Grindel.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Styx, secundo Deutsch.

Kauzmann finito primo semestri missionem petit et accipit, etiam Isenflamm, qui, mense Junio proficiscendi venia accepta, iter in Germaniam facit, inde die 10 Octobris missionem rogat. — Balk in se suscipit clinicum chirurgicum moderandum, et Cichorius collectionem anatomicam curandam et scholas anatomicas necessarias habendas. Weinholdt, D. medicus Misnae, designatur chirurgiae professor, et Carolus Fridericus Ledebour, D., botanices demonstrator in universitate Griphiae, professor historiae naturalis in genere et botanices in specie, qui ambo se huc venturos esse promittunt.

Mense Majo quaerit universitatis Curator,

num et quomodo fieri possit, ut complures eorum, qui Imperii sumptibus medicinae incumbant, et, funditus sublata illa medico-chirurgicae academiae parte, quae Moscoviae erat, nunc in universitates Imperii sint distribuendi, Dorpati recipiantur? Cum eorum numerus permagnus esse dicatur, eorum adventum deprecatur ordo, ob nimias angustias instituti clinici et theatri anatomici. Sed 13 alumni, ex universitate Vilnensi dimittendi, a nostra recipiendi, et simili, quo ceteri Imperii alumni, modo sunt alendi instituendique.

Die 19. Septembris medicorum ordini proponuntur rationes, quae in comprobandis illis, qui ad gradum vel munus quoddam medicum adspirant observandae sunt, ab Imperatore die 15. Iulii sancitae. Quae cum maxima ex parte adhuc valeant, et quidquid in illis mutatum est, suo loco sit indicandum, en illas hic excerptas.

Universitatibus sicut academiae Imperiali medico-chirurgiae potestas est, omnes medicos examinandi, illisque gradus examini convenientes conferendi. (art I.). Examinant professores, quisque in ea disciplina, quam docet. Absentis professoris partes suscipit adjunctus, deficiente utroque in universitatibus professorum concilium aliquem eligit, qui examen instituat etc. (art. II.).

Doctores tum medicinae, cum medicinae et chirurgiae, sicut etiam physici, vel qui dicuntur rerum medicarum administrationis inspectores latine sunt examinandi, ceteris autem in examine respondere licet in lingua quacunque in Europaeis regionibus usitata (art. III.); attamen omnes, exceptis obstetricibus, medicis dentariis et ocularis, in lingua latina ita versati esse debent, ut pharmacopoeas vertere, et formulas medicas una cum praescriptione, quomodo adhibenda sit medicina, integris verbis latine ex grammaticorum legibus praescribere valeant (art. V.). De examine chirurgorum, medicinae doctorum, medico-chirurgorum, sicut etiam medicinae et chirurgiae doctorum agit articulus sextus, cujus

§. 1. Disciplinas, in quibus ad modo nominatos gradus accipiendos examen institui debet, enumerat; sunt autem: 1) mineralogia, 2) botanica, 3) zoologia, 4) physica mathematica, 5) anatomia, 6) physiologia, 7) chemia, 8) pharmacia, 9) pathologia, 10) therapia, 11) pharmacologia, 12) ars formulas medicas conscribendi, 13) chirurgia, 14) ars obstetricia, therapia morborum parturientium, puerperarum et infantium, 15) medicina forensis et 16) politia medica. Annotatio huic paragrapho juncta addit, cum historia naturalis, praecipue autem mineralogia et zoolo-

gia, sicut etiam physica mathematica, magis ad disciplinas medicinae propaedeuticas pertineant, per se patere, examen praecipue de rebus, quae relationem quandam cum medicina habeant, esse instituendum.

§. 2. Cum disciplinae medicae et chirurgiae vinculo arctissimo inter se junctae sint, ab indigena et ab extero, qui chirurgi gradum ambit una cum venia omnes morbos, tum externos, tum internos, sicuti medicinae doctori licet, curandi, postulatur, ut in disciplinis supra nominatis examen maxime severum superare possit. Quamvis enim chirurgi et medicinae doctores in Rossia inferiorem medicorum classem constituunt, tamen a superiore classe, nimirum medico-chirurgorum et med. et chir. doctorum, quoad scientiam in eo tantum differunt, quod nullam gravioris momenti operationem chirurgicam in vivis hominibus instituunt, quod ab his requiritur. Ceteroquin illi etiam scire debent, quomodo et quando instituendae sunt omnes operationes chirurgicae.

§. 3 ad 8 usque accuratius definiunt, quae praestanda sint ad quemque gradum accipiendum.

§. 8. Cum in Rossia med. et chir. doctoris gradus supremus sit in arte salutari, ad quem adscendere modo possunt medici peritissimi. qui cum uberiore hujus scientiae doctrina magnam

experientiam in operationibus instituendis, compluribus aegrotis bene sanatis comprobatam, conjungunt, et cum nemo, qui ex terris exteris advenerit, dexteritatem suam in operationibus instituendis inter examen propter temporis augustiam demonstrare possit, ille, superato examine, donec operationibus institutis notus fuerit, doctoris medicinae gradum accipit, testimoniis autem de operationibus felici cum successu factis, quae dexteritatem ejus probant, allatis, insuper gradus doctoris chirurgiae illi praebetur.

§. 10. Chirurgi et medico-chirurgi, munere quodam publico fungentes in locis ab academia medico-chirurgica et universitatibus remotis, qui sine difficultate a statione sua decedere non possunt, ut se tentandos in academia aut universitatibus offerant, accipiunt exoptatum gradum, chirurgi medicinae doctoris, medico-chirurgi medicinae et chirurgiae doctoris, sine praegresso examine his sub conditionibus, ut: 1) Afferant testimonia, quae demonstrent illos officia sua sancte et studiose praestitisse et artem suam in curandis morbis omnis generis comprobasse. 2) Ad quaestiones duas gravioris momenti ab academia vel ab universitate illis propositas ita respondeant, ut omnibus satisfaciant. 3) Tradant dissertationem haud levem, ab ipsis elaboratam

(chirurgi medicam, medico-chirurgi medico-chirurgicam), aut, quod melius est, descriptionem medico-topographicam loci, quo degunt, rerumque naturalium ibi occurrentium, aut denique opus medicum non inutile, et quod mereatur, ut doctorum animos in se convertat, in vulgus edant.

Articulus septimus agit de examine medicorum obstetriciorum, obstetricum et physicorum, vel medicorum forensium, qui nunc nomine inspectorum administrationis rerum medicarum noti sunt, art. 8vus de medicorum ocularium et dentariorum examine, nonus de examine veterinariorum, et articulus decimus de instituendo examine eorum, qui gradum quendam in arte pharmaceutica obtinere cupiunt, nimirum pharmacopoeorum ipsorum, substitutorum et auxiliariorum.

Adnot. Obstetrices et pharmacopoeos auxiliarios explorare licet administrationi rerum medicarum, quae tunc curat, ut iis testimonium gradus accepti, litteris consignatum, vel ab academia medico-chirurgica, vel ab universitate mittatur.

Quibus omnibus sic constitutis, tentamen et examen pro magistri gradu sublata sunt, et examine superato adhuc opus est, ut candidatus de parte quadam corporis humani scholam anatomi-

cam et physiologicam habeat, operationem chirurgicam in cadavere instituat, et pro gradu doctoris insuper, ut duas quaestiones per litteras solvat, denique ut dissertationem perficiat et publice defendat.

Ad hoc usque tempus modo chemiae et pharmaciae professor in examinibus adhibebatur, qui in examine pro venia praxeos etiam de re botanica quaestiones proponebat, quas in examine pro gradu doctoris historiae naturalis professor ferebat, sed nunc medicorum ordo decernit die 19. Septembris, ut ad quodque examen non solum professores modo nominati, sed etiam physices professor advocetur.

Hoc anno medicorum ordo medicinae et chirurgiae doctorem, porro pharmacopolam creat, denique tribus pharmacopoeis auxiliariis et uni substituto, ab administratione rerum medicarum per Livoniam examinatis, tradit accepti gradus testimonia.

In anni fine 92 juvenes arti medicae operam dant.

1811.

Rector integro anno Grindel.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Deutsch, secundo Balk.

Cum Weinholdt, D., mense Februario se

venturum neget, Kauzmann rogatus officia muneris, quo abdicavit, rursus per semestre spatium suscipit, et finito semestri universitas illum remuneratur dimidio annui professoris ordinarii salarii. Sub finem primi semestris Jochmann, med. et chir. Doctor, hujus universitatis alumnus, ex terris exteris redux factus, invitatur, ut privatim docentis nomine praelectiones chirurgicas aperiat; alumnorum Caesareorum hic excolendorum respectu habito, annua merces (si Superiores annuant) 1500 rubelorum illi destinatur, hac quidem sub conditione, ut dissertationem pro venia legendi exhibeat. Ab initio secundi semestris praelectiones suas incipit.

Institutum chirurgico-clinicum, et collectionem instrumentorum et apparatuum chirurgicorum dirigit Balk. — Cichorius etiam hoc anno pergit necessarias scholas habere usque ad adventum designati professoris anatomiae, physiologiae et medicinae forensis, Caroli Friderici Burdach *), qui die 4to Septembris scho-

*) Carolus Fridericus Burdach natus Lipsiae 1776 ibidem studiis incubuit, med. doctor, 1800 privatim docens, prof. extraord. 1806.

Diss. observ. de apoplexia per epilepsiam soluta. Lips. 1796. 4.

Diss. commentarii in Hippocratis lb. 1. de morbis epidemicis. Lips. 1798. 4.

las aperit. — Ledebour die 13. Maji adveniens statim hortum botanicum dirigere incipit, praelectiones autem secundo semestri inchoat.

Diss. Scriptorum de Asclepiade index. Lipsiae 1800. 4.

Asklepiades und John Brown, eine Parallele. Leipz. 1800.

Propädeutik zum Studium der gesammten Heilkunst, ein Leitfaden akademischer Vorlesungen. Leipz. 1800. 8.

Realbibliothek der Heilkunst, oder Darstellung der Fortschritte der practischen Arzneikunst und Wundarzneikunst im 19. Jahrhundert, 1ster Jahrgang 1. Band. herausgegeben von C. F. Burdach und J. K. F. Laune. Leipzig 1803. 8.

Eugon, oder über Impotenz und Schwäche der Zeugungskraft, und die sicherste Methode sie zu heilen, aus dem Französischen. Leipzig 1804. 8.

Die Diätetik für Gesunde, wissenschaftlich bearbeitet 1ster Theil Leipzig 1805. Ed. 2. Leipzig 1811.

Handbuch der neuesten Entdeckungen der innern und äussern Heilmittellehre nebst einer Abhandlung über die Principien derselben. Leipzig 1805. 8.

Beyträge zur näheren Kenntniss des Gehirns in Hinsicht auf Physiologie, Medicin und Chirurgie. 2 Theile. Leipzig 1806. 8.

Die Lehre vom Schlagflusse, seiner Natur, Erkenntniss, Verhütung und Heilart, nach neuen Ansichten bearbeitet. Leipzig 1806. 8.

Dispensatorium für die Chursächsischen Lande, oder Dr. Ph. J. Piderit pharmacia rationalis, Deutsch bearbeitet, und vornehmlich zum Gebrauch für Aerzte, Wundärzte und Apotheker in den Chursächsischen Landen erläutert u. s. w. Leipzig 1806. 8.

Nachtrag zu dem Dispensatorium für die königl. Sächsischen Lande. Leipzig 1807. 8.

Mense Januario adveniunt 12 alumni Caesarei, qui ab universitate Vilnensi huc transpositi, annua stipendia ab Imperatore in nummis argenteis ipsis assignata, hic etiam accipiunt, quorum duo mense Septembri ob labefactatam valetudinem dimittuntur accepto largo viatico, ut in patriam redire possint, tertius autem removetur.

Currente anno medicorum ordo tribus veniam libere praxin exercendi concedit, 7 med. doctores, 3 med. et chir. doctores et absentem med. doctorem pronuntiat, uni substituto, 3 pharmacopoeis et 9 pharmacopoeis auxiliariis, quas administrationes rerum medicarum examinaverunt, litteras graduum testes tradit.

Programma, quaestionum de natura causticorum specimen. Lipsiae 1807. 4.

Neues Recepttaschenbuch für angehende Aerzte. Leipzig 1807. 8.

Der Organismus menschlicher Wissenschaft und Kunst. Leipzig 1809. 8.

Die Litteratur der Heilwissenschaft. 2 Bände. Gotha 1810 — 11. 8.

Encyclopaedie der Heilwissenschaft und Naturwissenschaft. 3 Bände. Leipzig 1810 — 12. 8.

Anatomische Untersuchungen, bezogen auf Naturwissenschaft und Heilkunst. 1. Heft. Leipzig 1814. 4.

Russische Sammlung für Naturwissenschaft und Heilkunst, herausgegeben von Crichton, Rehmann u. Burdach. Riga u. Leipzig 1815 — 17. 2 Bände.

Anni fine 84 juvenes hic commorantur ad discendam artem salutarem.

1812.

Rector primo semestri Grindel, secundo Parrot.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Balk, secundo Burdach.

Ex litteris a professorum concilio ad decanum medicorum ordinis die 9. Aprilis datis Jochmann, confirmatus privatim docens, constituitur vicarius director instituti chirurgico-clinici, et provehendus erit ad gradum professoris ordinarii, si magis meritus fuerit de universitate.

Alumnorum Caesareorum 30. mense Majo, et reliqui 9 mense Octobri, ab ordine medicorum examinati, et, exceptis duobus (quos chirurgos nominare non potuit ordo, quia non satisfaciebant in respondendo) apti inventi ad munera illis destinata obeunda, dimittuntur. Quorum priores triginta Superiorum jussu ad exercitum se conferebant, posteriores novem autem ad curandos aegrotos milites in nosocomiis, quae Rigae sunt exstructae. Ad quem finem etiam mense Septembri provocati ab urbis Rigae praefecto militari (Kriegsgouverneur) Essen I, sedecim eorum, qui suis sumptibus hic medicinae incumbunt, (inter quos 3 doctores modo creati), voluntarii illuc

mittuntur, praemissa singulari institutione ab ordinis membris exhibita, ad medicinam in nosocomiis militaribus exercendam. Undecim medicinae studiosi (de Baer, Brosse, Glaser, Hempell, Hensell, Jaenisch, de Koehler, Melart, Riesenkampff, Struve, Weisse) anni fine, ad quod tempus usque medicorum officia se praestituros esse polliciti sunt, ab universitate revocati, mense Januario 1813 Dorpatum redeunt, ut cursum medicum absolvant, testimoniis honorificis supremi doctoris nosocomiorum militarium, quae tunc temporis Rigae erant, ornati.

Sub anni finem etiam Dorpati nosocomium militare ad tempus instituitur, quod tria millia aegrotorum recipere potest, in quo etiam Balk, Jochmann et Styx, et his ducibus, plures studiosi aegrotis medendi curam gerunt. In sectiones nosocomii, quas dirigunt modo nominati professores, a die 19. Decembris inde ad 6. Junii usque sequentis anni recepti sunt 1610 aegroti, et quidem in sectionem Balkii 769, Jochmanni 584 et Styxii 257.

Hoc anno medicorum ordo 24 medicinae doctores et unum medico-chirurgum creat, medicinae doctorem absentem pronuntiat, medicum ocularium probat, 44 juvenibus veniam praxin libere exercendi concedit, 4 obstetricibus, uni pharma-

copoeo auxiliario, 5 substitutis, et duobus pharmacopolis hic et duabus obstetricibus et 3 pharmacopoeis auxiliariis ab rerum medicarum administrationibus examinatis testimonia accepti gradus tribuit. Duo autem qui praxeos liberae veniam petunt, non satisfacientes repelluntur.

Anni fine 51 juvenes medicinae studiosi adsunt.

1813.

Rector primo semestri Parrot, secundo Styx.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Burdach, secundo Deutsch.

De auxilio, quod professores et plures studiosi in curandis militibus ferunt, jam supra locuti sumus. — In vulgus editur libellus: Ueber die ansteckenden Krankheiten, welche gegenwärtig in einigen Provinzen des Russischen Reiches epidemisch herrschen. Eine auf Befehl Sr. Erlaucht des Herrn Ministers des öffentlichen Unterrichts Grafen Rasumowsky von der med. Facultät der Kais. Universität zu Dorpat zum Gebrauch in Schulen bekanntgemachte Belehrung. Dorpat 1813. 8. p. 13.

Anni decursu creati sunt 3 med. doctores, med. et chir. doctor, unus veniam praxeos accipit, pharmacopoeus auxiliarius et 5 pharmacopo-

lae, denique ab administrationibus medicis examinati, obstetrix, 4 pharmacopoei auxiliarii, 3 substituti, et pharmacopola accipiunt litteras, quae gradus in illos esse collatos, demonstrant.

Anni fine 77 arti salutari incumbunt.

1814.

Rector primo semestri Styx, secundo Rambach.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Deutsch, secundo Styx.

Incipiente anno Burdachii, qui Regiomonti professor electus est, abeuntis munus Cichorio offertur, qui die 8. Maji confirmatur professor ordinarius anatomes, physiologiae et medicinae forensis. — Jochmann jam professor ordinarius chirurgiae designatus die 21. Aprilis apoplexia moritur. Institutum chirurgico-clinicum claudi-tur, postea Balk director vicarius constituitur. Joannes Christianus Moier *), medicus practicus Revaliae, chirurgiae professor electus, et die 30. Julii confirmatus, advenit et mense Novembri scholas suas aperit. — Grindelio abeun-

*) Joannes Christianus Moier, Revaliae natus die 10 Martii anni 1786 medicinae incubuit Dorpati, Göttingae. Ticini, chir. doctor Ticini 1811, med. et chir. D. Dorpati 1813.

te, cathedra professoris chemiae et pharmaciae vacua traditur Ferdinando Giese, Charcoviae professori, quod die 26. Octobris confirmatur.

Die 19. Junii decernitur, sicut in exteris universitatibus fit, ita hic etiam doctores artis obstetriciae, praemisso singulari in hac arte examine, creare et hunc titulum cum illo doctoris medicinae conjungere.

Decretum Administrorum concilii die 16 Julii datum constituit: in examinandis pro venia praxeos medicis bello captis, qui testimoniis exterarum universitatum instructi cives Rossici fieri, et stipendia merere cupiunt, exceptio a rationibus generalibus supra allatis admittenda est; sunt enim non in disciplinis medicinae auxiliariis, sed modo in anatomia, physiologia, chirurgia, pathologia, therapia et pharmacologia examinandi, tunc iis demonstratio anatomica habenda et operatio chirurgica instituenda est.

Currente anno medicorum ordo creat 9 med. doctores, med. et chirur. doctorem, 2 artis obstetriciae doctores, etiam absentes 2, alterum med. doctorem, alterum med. et chir. doctorem. Medicus dentarius, obstetrix, 2 pharmacopoei auxiliarii, 4 substituti et 6 pharmacopolae, item ab administrationibus medicis examinati, 9 obstetrices, 5 phar-

macopoei auxiliarii, 2 substituti, 2 pharmacopolae accipiunt litteras graduum in ipsos collatorum testes.

Anni fine 76 juvenes hic commorantur medicinae operam navantes.

1815.

Rector per totum annum Rambach.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Styx, secundo Balk.

Munus professoris extraordinarii et prosectoris vacat. Prosectoris negotia interim chirurgus Wehrmann perficit.

Imperator augustissimus dignatur professores Hezel, Morgenstern, Styx, Balk et Moier, quorum duo priores alumnos Caesareos linguam latinam docuerant, tres posteriores sauciatos milites in nosocomiis, quae Dorpati anno 1813 erant, curaverant, annulis adamantibus ornatis remunerari, porro medicinae studiosos in nosocomiis modo nominatis maxime diligentes, Diedrich, Gauger, Glaser, Hagen, Kleinenberg, Parrot, Schmidt, Stubbe, Wernich horologiis aureis.

Administrorum concilii decretum constituit, ut in posterum nemini studiosorum absoluto cursu academico gradus medicinae et chirurgiae doctoris tribuatur, sed medicis experientissimis tantum.

Anni decursu medicorum ordo 23 medicinae doctores (inter quos 3 etiam artis obstetriciae) et duos absentes medicinae doctores pronuntiat, tribus veniam praxin libere exercendi concedit, porro duobus pharmacopoeis substitutis, et uni pharmacopolae, denique ab administrationibus medicis exploratis, 10 pharmacopoeis auxiliariis, 4 substitutis et uni pharmacopolae litteras hujus rei testes tradit. Unus qui praxin liberam petit, non satisfaciens in examine repellitur.

Anni fine numerus eorum, qui medicinae operam dant, est 75.

1816.

Rector primo semestri Rambach, secundo Stelzer, qui die 13. Decembris munus tradit prorectori Giese.

Decanus ordinis medicorum primo semestri Balk, secundo Deutsch.

Imminuto valore syngrapharum mensae publicae, omnia instituta nummorum penuria premuntur. Ad illa, quantum fieri potest, sustentanda jam utuntur pecunia ex aliis rebus comparsa. Quam ob rem decernit professorum concilium die 1. Februarii: In institutum medico-clinium nullus aegrotus, qui sumptu publico sustentandus est, in praesentia recipitor.

Decretum die 7. Februarii promulgatum con-

stituit, ut pharmacopolas non amplius ab administrationibus rerum medicarum examinari liceat. Pharmacopoeis auxiliariis exactis tribus annis ad gradum substitutorum, substitutis autem interjecto anno ad pharmacopolae gradum evehi possunt. — A supremo collegio rerum scholasticarum praescribitur facultatibus, ne mercedem pro gradu accepto hucusque solvendam in posterum sumant. Quod medicorum ordini indicatur die 13. Decbs.

Hoc anno medicorum ordo creat 8 med. doctores (inter quos duo etiam titulum doctoris artis obstetriciae accipiunt) et duos absentes med. doctores; veniam praxeos dat 5 juvenibus, porro medico dentario, 2 pharmacopoeis auxiliariis, 12 substitutis, sicut etiam ab administrationibus rerum medicarum examinatis, 19 pharmacopoeis auxiliariis, 4 substitutis, et uni pharmacopolae testimonia accepti gradus tribuit.

Sub anni fine hic commorantur 78 ad medicinam discendam.

1817.

Die 17. Januarii comperit universitas de Klinger, virum excellentissimum, exercitus legatum etc, qui hucusque universitates res curavit, missionem petitam impetrasse, et die 26. Januarii Curatorem constitutum esse Comitem de Lieven, virum illustrissimum, exercitus legatum etc.

Giese anni initio prorector, postea rector.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Deutsch, secundo Moier.

Balk muneris missionem, die 5. Maji petitam, accipit die 1. Junii. Ad obeundum vacuum illud munus Joannes Fridericus Erdmann *),

---

*) Joannes Fridericus Erdmann Witebergae natus die 6/18 Jul. 1778, ibidem med. doctor 1802, prof. ord. substitutus therapiae et pathol. 1808, prof. Kasani 1810.

Utrum aqua per electricitatem columnae a cel. Volta inventae in elementa sua dissolvatur? Diss. physico-medica c. tab. aeri incisis. Witebergae 1802. 4.

Krankengeschichten als Anhang zu Prof. Dr. Kreyssigs Abhandlung über die Scharlach- und Frieselepidemie, welche im Febr. 1801 in der Stadt Wittenberg herrschte in Hufelands Journal der praktischen Heilkunde B. 12.

Beschreibung einiger neuer Voltaisch-electrischen Apparate m. 1. K. in Gilberts Annalen der Physik Bd. 12. Stück 4. (1802.)

Galvanische Versuche, angestellt im Wiener Irrenhause, in Horns Archiv f. med. Erfahr. Bd. 6 Heft 1. 1804.

Beschreibung einer verbesserten Bandage zur Heilung der Klumpfüsse bei Neugebohrnen, ibidem fascic. 2.

Drey merkwürdige Krankengeschichten nebst Sectionsberichten, ibidem.

Bemerkungen über das Wechselfieber und dessen Heilung in Horns neuem Archiv. Band 1. Heft 2.

Nachtrag zu der im 6. Bande befindlichen Abhandlung über die Heilung der Klumpfüsse bei Neugebornen, nebst 1. K. ibid. fasc. 2.

Beyträge zur gerichtlichen Heilkunde. ibid. Vol. 3. fasc. 1.

Beyträge zur praktischen Heilkunde. ibid.

professor Kasanensis advocatur. Institutum medico-clinicum interim dirigit Deutsch, qui etiam una cum Styxio scholas necessarias aperit, ut ex lectionum indice elucet.

Neue Bemerkungen über die Natur und Behandlung der Wechselfieber. ibid. Vol. V. fasc. 2.

Bemerkungen über einige Gesundbrunnen und Bäder in Böhmen, variis in locis in primo volumine libri: Georgia. 1806.

Programma: elementa organomiae ex notione motus derivata. Viteb. 1808. 4.

Program. de hydropis natura et curatione, pars I. — X. ibid. eod. 4.

De fructibus e litterarum studio in rempublicam redundantibus oratio. Casani 1815. 4.

Chemische Untersuchung des Salzwassers im Elton- und Bogda-See, nebst Bemerkungen über die im Kasanschen Gouvernement gebräuchlichen Kochsalzarten. 1819. 8. etiam in Scherers Annalen der Chemie.

Annales scholae clinicae medicae Dorpatensis ann. 1818. 19. 20. Dorpati 1821. 4. p. 227.

Ueber die Würde der menschlichen Natur. Eine Rede, geh. d. 30 Aug. 1818. zu Dorp. 8.

Beyträge zur Kenntnifs des Innern von Rufsland. Riga u. Dorpat 1822. 8. Vol. I. p. VI. p. 344. vol. 2 pars 1. Leipz. 1825 L. p. 366. pars 2 Leipzig. 1826. XII. p. 287.

Einige Nachrichten über die Raskolniken in: Stäudlin und Tzschirner Archiv für alte und neue Kirchengeschichte. I. 1. p. 207 — 209 (1813.)

Chemische Untersuchung der Sergiewskischen Mineralwasser in: Scherers nordischen Blättern. Bd. 1 Heft 1.

Kurze Schilderungen der Landwirthschaft im Kasanschen

Universitati 75500 rubelorum ex Imperii aerario adtribuuntur, partim ad restituendam pecuniam, quae ad alias res destinata et comparsa, ad instituta quantum fieri potest sustentanda adhibita erat, partim ad sufferendos sumptos per hunc annum necessarios.

Gouvernement, im neuen ökonomischen Repertorium für Livland. Vol. VII. fasc. III. etiam in: Beyträge. Vol. I. p. 313—320.

Die Ruinen Bulghars in: Neue allgemeine geographische Ephemeriden. Vol. VII. fasc. 4 etiam in Beyträge. Vol. I. p. 280—305.

Ueber Neu-Sibirien mit einem Chärtchen, in d. n. geogr. Ephemeriden. Bd. VII. St. 3.

Medicinische Bemerkungen in: allgemeine medizinische Annalen 1820. mens. Sept.

Ueber ein russisches Volksmittel, in: Dresdner Zeitschrift für Natur- u. Heilkunde. Vol. I. fasc. 2. S. 285.

Practische Bemerkungen chirurgischen Inhalts. ibid. fasc. 3.

Ueber die blaue Blatter. ibid. vol. II. fasc. I.

Coloboma iridis zum Theil als Familienfehler beobachtet. ibid. vol. IV.

Einige Beobachtungen aus früherer Zeit in Hufel. Journ. Vol. LVI. fasc. 4.

Vermischte Bemerkungen. ibid. LXIV. 3.

Merkwürdige Erscheinungen, beobachtet an einer Somnambule. ibid. LXIV, 3.

Die Schreibekunst in ihrer höchsten Vereinfachung dargestellt im polytechn. Journ. Vol. XXI. fasc. 3.

Abhandlung über den Unterschied der blausäurehaltigen Mittel in Heckers Annalen 1827. mens. Mart.

Judicia de libris editis in iisdem et aliis annalibus.

Afferuntur die 8 Januarii litterae, a Curatore datae, quae praecipiunt, ne quis ad gradus academicos, quibuscum quidam dignitatum per Rossiam ordo conjunctus sit, ex ordine quodam tributo non immuni, ex. gr. mercatorum, ortus vel a civibus, qui per singula capita tributum solvant, genitus, evehatur. — Jussu Administrorum et Curatoris praescribitur universitati, ut diligenter statuta observet, quae dicunt: de dissertatione est disputandum, non solum de thesibus.

Deinde accipit medicorum ordo die 7. Aprl. decretum supremi collegii regendae rei scholasticae constituti die 17. Febr. scriptum, secundum quod, qui chirurgi gradum adspirant, secundum progressus, quos in disciplinis medicis discendis fecerunt, in tres ordines sunt distribuendi, ita ut in primo ordine censeantur, qui eximiam rerum medicarum sibi acquirebant cognitionem, in secundo, qui bonam et in tertio, qui mediocrem tantummodo cognitionem sibi parabant. — Denique die 6. Aug.: doctores et physici in posterum latine sunt examinandi.

Nosocomium militare, quod hucusque Dorpati erat, tollitur, quod cum cadavera anatomiae suppeditarit, magna jam eorum exstat penuria.

Currente anno medicorum ordo creat med. doctorem, qui simul artis obstetriciae doctoris titulum accipit, et duos absentes med. doctores,

porro medicum primi ordinis, et obstetrici ab administratione medica examinatae, duobus pharmacopoeis auxiliariis, 5 substitutis, et 3 pharmacopolis sicut etiam 16 pharmacopoeis auxiliariis et duobus substitutis, quos rerum medicarum administrationes examinaverunt, litteras hujus rei testes praebet.

Anni fine adsunt 54 medicinae studiosi.

1818.

Rector primo anni semestri Giese, secundo Ewers.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Moier, secundo Erdmann.

Eo, quod universitatis reditus aucti stabiliuntur, non solum ejus diuturnitas firmatur, sed etiam, ut campus, in quo vires suas exerceat, latius extendi possit, efficitur. Fundationis nempe litterae et statuta anno 1803 edita adsignaverunt universitati reditus 120000 rubelorum, quae pecunia secundum valorem, quam tunc temporis syngraphae mensae publicae habebant, nimirum 80 copecarum argentearum, 96 millibus rubelorum argenteorum aequiparanda, sed syngrapharum valore paulatim minuto, ita ut rubelus chartaceus par esset 25 copecis argenteis, (ergo 120 millia aequarent 30 millibus rubelorum argenteorum), ita deminuta erat, ut necessario ipsa uni-

versitas exstingueretur, nisi, ut jam anno 1817 monuimus, certa quaedam pecuniae vis esset tradita, et ab hujus anni initio universitatis reditus statuerentur 88, 871 rubeli argentei. (Plura vide sub anno 1820.)

Erdmann advenit die 8. Januarii et scholas suas aperit. Prosectoris negotia interim curat Wachter, Brunno-Moravus, adjutoris nomine, qui etiam mercedem accipit. Die 27. Septembris medicorum ordinis decreto certius definiuntur relationes inter professorem anatomes et prosectorem, et quaenam operae ab hoc sint praestandae.

Quo facto Carolus de Baer, prosector Regiomonti, huc vocatur.

Ad instituta clinica administranda novae leges sunt conscriptae, quas sicut etiam consilium condendi pharmacopolii domestici confirmant Curatoris litterae die 30. Novembris datae. — Die 27. Augusti medicorum ordo accipit Administrorum litteras, jubentes accurate delineari rationes, quo modo medici Imperii sumptu hac in universitate erudiri possint.

Hoc anno medicorum ordo pronuntiat 4 med. doctores, etiam 3 absentes med. doctores, medico-chirurgum, porro 3 medicos primi ordinis, 7 secundi et 3 tertii ordinis, denique medicum obstetricium. 2 obstetrices, 3 pharmacopoei au-

xiliarii, 2 substituti et pharmacopola, etiam 3 obstetrices, et 14 pharmacopoei auxiliarii ab administrationibus medicis examinati, accipiunt litteras graduum in ipsos collatorum testes. 3 medici et obstetrix in examinibus non satisfacientes, repelluntur.

Anni fine 70 juvenes hic medicinae incumbunt.

1819.

Rector Ewers.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Erdmann, secundo Styx.

Cum Baer se non venturum esse scriberet, Joannes Fridericus Eschscholtz *) prosector et professor extraordinarius eligitur et confirmatur.

---

*) Joannes Fridericus Eschscholtz natus Dorpati die 1 Novembris 1793, ibidem litteris incubuit et doctor factus 1815. terram circumnavigat annis 1815 — 1818. Diss. inaug. de hydropum differentiis. Dorpati 1817. 8. p. 24. Tres decades coleopterorum novorum in: Memoires de l'academie de St. Petersbourg. 1818. Ideen zur Aneinanderreihung der rückgrathigen Thiere, auf vergleichende Anatomie gegründet. Dorpat 1819. 8. p. 54.

a) Ueber die Koralleninseln, b) Beschreibung einer neuen Affengattung, c) Naturhistorische und physiologische Bemerkungen über die Seeblasen, Terebellen u. Porpyten, d) Beschreibung neuer ausländischer Schmetterlinge nebst Abbildungen, e) Areometerbeobachtungen, in. vol. 3.

Mense Martio pharmacopolium in ipsa domo institutorum clinicorum aperitur, quo fit, ut medicamenta multo minore pretio parari possint.

Ex Administrorum decreto die 15. Januarii dato, omnes, qui gradum quendam medicum vel pharmaceuticum petunt, ab academia medico-chirurgica vel ab universitatibus sunt examinandi, nisi plus 400 milliariis Rossicis ab his institutis sint remoti. Quicunque autem ob munus, cui praesunt, iter facere non possunt, antea, ut ibi, quo habitent, examinari possint, supremo collegio, cui cura disciplinae publicae est, sunt

---

Kotzebue Entdeckungsreise in die Südsee und nach der Behringsstrafse.

a) Ueber ein inneres Skelet bei den Insekten, b) über die Bildung der rechten Herzkammer, in: Beiträge zu den Naturwissenschaften aus den Ostseeprovinzen Rufslands, herausgegeben von Pander. Dorpat 1819. 8.

a) Species insectorum novae; b) descriptio speciei novae ostacorum Rossiae, c) animalia tetracera et myriopoda exotica, in: Memoires de la société Imp. des Naturalistes de Moscou. Vol. VI. 1827.

Entomographien mit 2 K. Berlin 1823. 8. p. 128. etiam in vol. 1. Naturwissenschaftliche Abhandlungen aus Dorpat. Berlin 1823.

Diss. de coleopterorum genere Passalus in: Mem. de la soc. Imp. des Nat. a. Mosc. Vol. VII. 1827.

Bericht über die zoologische Ausbeute während der Reise von Kronstadt bis St. Peter und Paul, in Okens Isis. 1825. fasc. 6.

proponendi. Qui nullo munere funguntur, tunc modo ab administrationibus rerum medicarum examinari possunt, si in provincia Sibirica, Caucasica vel Georgica vitam degant.

Die 10. Decembris accipit medicorum ordo decretum Administrorum concilii hujus argumenti: aperitur in hac universitate institutum medicum excipiens quadraginta alumnos, qui postquam in examine ab universitate ipsa probati sunt, Imperii sumptu (quisque accipit quotannis 750 rubelos syngraph.) cursum academicum quadriennium absolvunt, qua re obstringuntur operam suam per 6 annos muneri cuidam Imperii publico navare. Studia eorum dirigit decanus secundum normam quandam hunc in finem ab ordine elaboratam et confirmatam. Institutum incipit sequente anno. — Insuper jam die 18. Julii ordini indicatur, augustissimum Imperatorem annuisse cuique, qui Imperii sumptu medicae arti incubuerit, munus quoddam Imperii ingredienti, ex aerario 150 rub. syngr., excepto viatico necessario.

Currente anno medicorum ordo creat 6 med. doctores, medicum primi, medicum secundi et duos tertii ordinis, et duabus obstetricibus, 7 pharmacopoeis auxiliariis et duobus substitutis, porro 3 obstetricibus, 4 pharmacopoeis auxili-

ariis et uni substituto, quos examinaverunt administrationes rerum medicarum, acceptorum graduum testimonia tribuit. Duo, qui medici, unus qui pharmacopoei auxiliarii, etiam unus, qui substituti gradum adspirant, in examinibus non satisfacientes ordini, repelluntur.

Adnot. Cum nemini litterae gradus in ipsum collati testes tradi possint, antequam nomen ejus ex indice illorum, qui capite censentur, deletum est, quisque hic enumeratur eo anno, quo testimonium accepti gradus illi exhibitum est, non eo, quo examina superavit. Porro, cum illi, qui doctoris gradum sibi acquirere petunt et in examinibus non satisfaciunt, secundum doctrinam, quam probaverunt, medici dignitatem accipiant, nunquam hujus rei mentionem facimus.

Anni fine numerus eorum, qui medicinae operam dant, est 83.

1820.

Rector: Ewers.

Ordinis medicorum decanus primo semestri Styx, secundo Deutsch.

Novum universitatis statutum ab augustissimo Imperatore die 4. Junii subscribitur et confirmatur. Ex quo haec afferre liceat:

§. 18. Universitati datur postestas sibi eligendi 4 aut 5 viros exteros, quibuscum epistola-

rum commercio utatur, quo praecipue instituta ad scientias naturales pertinentia magis excolantur et promoveantur, et insuper majorem numerum virorum in Rossia degentium. Universitas viros ab se electos per Curatorem suum proponere debet Administro rerum ecclesiasticarum et rerum quae ad institutionem publicam pertinent, ut confirmentur.

Viri epistolarum commercio cum universitate conjuncti accipiunt litteras dignitatis in se collatae testes, per litteras ad universitatem referunt res omnes, quae ad scientiam augendam conferre possunt et negotia ab universitate sibi mandata procurant. Praeterea universitati licet viros illustres, et optime meritos, qui ipsius consilia omnibus utilia auxilio quodam adjuvabant, membra honoris causa sibi adscripta eligere et designatos per Curatorem Administro confirmandos proponere.

§. 32. Ad vacuam aliquam hujus universitatis cathedram explendam nemo proponi potest, nisi qui antea jam professoris munere functus est, aut famam sibi comparavit scriptis editis de re quadam aut ad ipsam disciplinam pertinente, aut saltem illi finitima.

Ex statuto adsunt 30 professores ordinarii, et prosector, qui simul prof. extraordinarius est.

In medicorum ordine inveniuntur professores ordinarii: 1) anatomiae et medicinae forensis, 2) therapiae et clinices, 3) physiologiae, pathologiae et semiotices, 4) diaetetices, pharmacologiae, historiae medicinae et litteraturae medicae, 5) chirurgiae tum theoreticae tum practicae. 6) artis obstetriciae et morborum mulierum et infantium. (Cujusque annua merces est $1447\frac{17}{19}$ rub. argent. vel 5500 rub. syngr.) Porro prosector, cujus merces $657\frac{17}{19}$ rub arg. vel 2500 rub. syngr.

In classe disciplinarum naturalium ordinis philosophorum sunt professores ordinarii: 1) physices tum theoreticae tum applicatae, 2) chemiae tum theoreticae tum applicatae et pharmaciae, 3) historiae naturalis universae et botanices in specie, 4) historiae naturalis universae, praecipue autem mineralogiae.

§. 76. Ad modo nominata munera implenda interdum etiam professores extra ordinem eligi possunt, si professorum concilium idoneis rationibus adductum hoc proponit.

§. 77. Nemini professorum disciplinarum naturalium licet, ut in nonnullis universitatibus exteris, proprias collectiones rerum naturalium habere.

Quoad scholas, hae duae paragraphi modo differunt ab illis, quae ex statutis anni 1803 attulimus:

§. 81. Professorum concilium jus potestatemque habet proponendi, ut viris gradu academico ornatis venia scholas in certa quadam facultate aut classe habendi detur, et illis annua merces, diligentiae studioque conveniens, quae mille rubelos syngr. superare non debet, constituatur. Necessarium vero est, ut ille, qui scholas ejusmodi aperire cupit, ad impetrandam hanc veniam, excepta dissertatione inaugurali, alteram conscriptam pro venia legendi exhibeat, eamque publice defendat.

§. 83. Universitas ferias agit bis quotannis hieme a 1. ad 15tum Januarii et aestate a die 10. Junii ad 22. usque diem Julii.

Instituta et collectiones, huc pertinentia sunt:

1) Theatrum anatomicum, moderante anatomes professore, cujus adjutor est prosector. Ad illud sustentandum destinati sunt $157\frac{17}{19}$ rub. arg. vel 600 rub. syngr. Collectio praeparatuum anatomicorum, dirigente eodem professore, ibi servatur. Collectionis pathologicae director est pathologiae professor. Ambabus collectionibus quovis anno $394\frac{14}{19}$ rub. arg. vel 1500 rub. syngr. sunt.

2) Institutum medico-clinicum, duce professore therapiae et clinices.

3) Institutum chirurgico-clinicum et collectio

instrumentorum chirurgicorum (quae $105\frac{5}{19}$ rub. arg. vel. 400 rub. syngr. reditus habet,) moderante chirurgiae professore.

4) Institutum obstetricium, una cum collectione instrumentorum obstetriciorum (ad quam augendam quovis anno $52\frac{12}{19}$ rub. arg. vel 200 rub. syngr. sunt destinati) curat professor artis obstetriciae.

Ad sustentanda haec instituta clinica omnia constituta sunt $3947\frac{7}{19}$ rub. arg. vel 15 millia rub. syngr.

§. 103. Cum instituto, ubi studiosi lavari et natare possunt, etiam conjungendum est aliud ad succurrendum illis, qui in aqua submersi, vel alio infelici casu asphyctici sunt facti, duce professore therapiae.

Porro collectio apparatuum physicae, directore physices professore, (cum auxiliario, qui ex instituti reditibus annuam mercedem accipit,) quae quovis anno $657\frac{11}{19}$ rub. arg. vel. 2500 rub. syngr. habet.

Apparatus chemiae, curante chemiae professore (etiam cum auxiliario) quotannis $631\frac{11}{19}$ rub. arg. vel. 2400 rub. syngr. accipit.

Museum zoologicum et mineralogicum reditus habet $394\frac{14}{19}$ rub. arg. vel. 1500 rub. syngr., et horto botanico destinati sunt $1052\frac{12}{19}$ rub. arg. vel

4000 rub. syngr., insuper hortulani merces 421 $\frac{1}{19}$ rub. arg. vel 1600 rub. syngr.

Quod ad quaestiones cum praemio proponendas adtinet, hic etiam necesse erat pecuniae vim augeri, cum praemium aureum secundum valorem, quam nunc syngraphae mensae publicae habebant, 200 rub. aequiparandum esset, quam ob rem loco 500 rubel. nunc 315 $\frac{15}{19}$ rub. arg. vel 1200 rub. syngr. ad hunc finem sunt destinati.

Ad novum munus professoris physiologiae, pathologiae et semiotices obeundum deligitur et confirmatur Fridericus Parrot *), ad munus

*) Fridericus Parrot natus Caroliruhae Badensis ..... medicinae incubuit et med. et chir. D. factus Dorpati. 1814

Ueber Gasometrie, nebst Versuchen über die Verschiebbarkeit der Gase. Eine gekrönte Preisschrift, m. 5. K. Dorpat 1812. 8. p. 89.

Diss. inaug. de motu sanguinis in corpore humano. Dorpati 1814.

Reise in die Krim und den Kaukasus von M. von Engelhardt u. Fr. Parrot, Berlin 1815, mit Kupf. u. Karten. 8. p. 468.

Ueber die Schneegränze auf der mittäglichen Seite des Rosagebirges und barometrische Messungen, in: Schweigers Beiträge zur Chemie u. Physik 1817. Bd. 19.

Ueber ein zweckdienliches Verfahren bei der sog. Thränenfistel-Operation nebst Beobachtungen über die Verrichtung der Thränenwege, in: Hufelands Journal 1820. St. 4.

Ansichten über die allgemeine Krankheitslehre. Mitau. 1820. 8. p. 114.

professoris cum historiae naturalis universae, tum mineralogiae Mauritius de Engelhardt.

Die 11. mens. Novembris Hermannus Köhler, *) dissertationem suam, ut veniam docendi sibi acquirat, publice defendit, quam illi concessam esse a Superioribus missae litterae, die 12. Decembris ab ordine medicorum acceptae, confirmant.

Institutum medicum Caesareum hoc anno aperitur, et decem studiosi recipiuntur. Praecipue, ut his alumnis Caesareis frequentius occasio sese exercendi in rebus practicis detur, nosocomium amplificari non solum decernitur, sed etiam aedificari inchoatur.

Litterae a Curatore die 19. Januarii datae postulant, ut proponatur, quaenam necessario sint constituenda, ut in posterum cathedras vacuas viri ex ipsius universitatis alumnis explere

---

Ueber die Ernährung neugeborner Kinder mit Kuhmilch. Nach eigner und fremder Erfahrung, Mitau 1826. 8. p. 30.

*) Hermannus Joannes de Köhler, natus Rigae d. 1. Maji 1792, medicinae operam dedit Dorpati, ubi etiam med. D. creatus. 1815.

Diss. inaug. de feminarum natura, ut frequente quorundam morborum causa. Dorpati 1815. 8. p. 77.

Aristoteles περι των μαλακιων (de moluscis cephalopodibus). Comment. pro venia legendi. Rigae 1820. 8. XIV. 85.

Judicia de dissertationibus in: Heckers Annalen der gesammten Medicin, an. 1826.

possint. — Aliae litterae die 15. Aprilis scriptae continent Administrorum arbitrium, edictum illud: „Si quis evehitur ad gradum quendam academicum, in litteris hujus rei testibus annotandum est, ubi locorum ille litteris incubuerit et si non in institutis Rossicis studiis se dedit, ille quidem titulum, neque tamen privilegia accepti gradus adipiscitur“ ad gradus in arte medica non pertinere.

Currente anno medicorum ordo pronuntiat 6 med. doctores, medicum primi, 4 secundi, totidemque tertii ordinis, porro medico dentario, obstetrici, 4 pharmacopoeis auxiliariis et 5 substitutis, denique 4 pharmacopoeis auxiliariis ab administrationibus rerum medicarum examinatis litteras hujus rei testes exhibet.

Anni fine 92 juvenes hic commorantur, qui medicinae operam dant.

1821.

Cum ex legibus novi universitatis statuti ii, qui munere quodam superiore in universitate funguntur, et quovis anno eliguntur, non sicut antea die primo Augusti, sed die primo Januarii, munus illud in se recipiant, Administrorum jussu praescribitur, ut qui die primo Augusti 1820 provinciam aliquam ceperint, illam servent usque ad finem anni 1821, quam ob rem

Rector Ewers.

Decanus medicorum ordinis Deutsch.

Parrot et Köhler primo anni semestri scholas aperiunt. Giese moritur et vices ejus rogatus tuetur Grindel, quondam chemiae professor, qui nunc artis medicae addiscendae causa hic vitam degit. Eichwald, med. doctor, in philosophorum ordine disputat secundo semestri pro venia docendi, et a Superioribus ei conceditur venia scholas ad historiam naturalem pertinentes habendi.

Exaedificatio nosocomii hoc anno perficitur, et ab sequente inde anno instituti clinici sectio medica 16 lectos, totidem etiam sectio chirurgica paratos habebit ad aegrotos recipiendos, sectio autem obstetricia 8 lectos. Jussu Imperatoris pecuniae vis ad sustentandum institutum destinata hoc consilio a 15 millibus rubelorum ad 22800 rub. augetur. Hoc anno etiam funerarium in aula ad nosocomium pertinente exstruitur, balneum nove instituitur, et in summa domus contignatione locus adaptatur ad siccandas et servandas herbas medicas.

Anni decursu medicorum ordo pronuntiat 6 med. doctores, medicum primi, duos secundi et duos tertii ordinis, porro medico dentario, 5 pharmacopoeis auxiliariis, 7 substitutis, et phar-

macopolae, denique, ab administrationibus rerum medicarum examinatis, 4 obstetricibus et 15 pharmacopoeis auxiliariis litteras dat accepti gradus testes. — Unus, qui medici, 3 qui pharmacopoei auxiliarii et unus, qui pharmacopoei substituti gradum adpetunt, in examinibus non satisfacientes rejiciuntur.

Anni fine hic adsunt 105 medicinae studiosi.

1822.

Rector Ewers.

Decanus ordinis medicorum Cichorius.

Scholas chemicas et pharmaceuticas etiam hoc anno habet Grindel, qui remunerationem 4000 rubelorum accipit. — Administrorum litterae, die 9. Junii datae, Eschscholtz, prosectori, committunt curam musei zoologici cum jure de rebus zoologicis publicas praelectiones habendi. Köhler etiam inde ab initio hujus anni quoque semestri remuneratur 500 rubelis. Styx ob oculorum hebetudinem optat, ut ab officio in disputationibus adversarias partes agendi liberetur, et proponit, ut Eschscholtz et Köhler partes ipsius sustineant, quod a professorum concilio probatur.

Officioso auxilio administrationis rerum medicarum per Livoniam, et eorum, penes quos est Livoniae regendae potestas, instituitur res maxi-

mi momenti. Tribunalibus enim, quibus disciplinae publicae cura tradita est, in civitatibus Riga, Walmaria, Walkia et Wendena praescribitur, ut cadavera in carceribus demortuorum, cum coelum sit gelidum, per veredos publicos universitati mittant utenda in docenda anatomia et instituendis operationibus chirurgicis; Dorpati autem per totum annum ejusmodi cadavera sunt tradenda. Ad solvendam vecturam ex residua universitatis pecunia quovis anno circiter mille rubeli destinantur.

Die 21. Januarii afferuntur Curatoris litterae praecipientes, ut pharmacopoeorum et medicorum veterinariorum dignitates etiam secundum tres ordines tribuantur.

Currente anno medicorum ordo 11 med. doctores creat, 3 medicos primi, et duos secundi ordinis, porro duabus obstetricibus, pharmacopoeis auxiliariis, alteri primi, alteri secundi ordinis, substitutis 13 primi et 2 secundi, et pharmacopolis 4 primi ordinis, denique ab administrationibus rerum medicarum examinatis, 7 obstetricibus et 10 pharmacopoeis auxiliariis, 4 primi, 5 secundi et uni tertii ordinis exhibet litteras hujus rei testes. — Unus, qui pharmacopoei auxiliarii, et una, quae obstetricis gradum adpetit, in examine non satisfaciunt et repelluntur.

Anni fine hic vitam degunt 111 medicinae studiosi.

1823.

Rector Ewers.

Ordinis medicorum decanus Moier, et dum ille, venia impetrata, peregre abest, prodecanus Styx.

Die 26. Martii Erdmann missionem petitam impetrat et Dresdam se confert archiater. Post decessum epistolarum commercio universitati conjungitur et ab augustissimo Imperatore insigni ordinis Sti Wladimiri quartae classis ornatur. Interea ad finem usque primi semestris Deutsch institutum medico-clinicum dirigit, tunc per secundum anni semestre instituti cura committitur Theophilo Fr. Im. Sahmen, med. doctori et medico circuli Dorpatensis, qui 1200 rubelis remuneratur. Scholas alias in se suscipiunt Deutsch et Parrot. Die 17. m. Septembris Ludovicus Augustus Struve *) medicus

*) Ludovicus Augustus Struve natus die 6. Augusti 1795 Altonae in Holsatia, medicinae incubuit Dorpati et Kiliae, med. et chir. doctor Kiliae 1815.

Diss. inaug. Insignis casus rupturae uteri, post mortem puerperae demum ex sectione cognitae. Kiliae 1815. 4. p. 50.

Ueber die aussatzartige Krankheit Holsteins, allgemein da-

subjectam, duce Kotzebueo hoc anno inito interest Eschscholtz, medicus superior et rerum naturalium perscrutator, venia a Superioribus ipsi concessa. Dum abest vices ejus tuetur in dirigendo museo zoologico et scholis zoologicis habendis Ledebour, historiae naturalis et botanices professor, praelectiones zootomicas in se recipit Köhler, et prosectoris vicarium Eschscholtz exhibet Wachterum, doctorem, qui jam ante hujus negotia factitabat. — Godofredus Osann, cui munus professoris chemiae et pharmaciae oblatum est, mense Februario Jena huc advenit et statim scholas suas inchoat.

Hoc anno medicorum ordo creat 9 med. doctores, 3 medicis obstetriciis, 2 pharmacopoeis

---

Nachricht von den Heil- und Lehranstalten in St. Petersburg in: Rust Repertorium Vol. XV.

Judicia de libris in: Rust Repertorium.

Commentatio de phlegmasia alba dolente, quindecim observationes practicas continens. Tubingae 1825. 8. p. 132.

Ueber die Erkenntniſs und Cur acuter und chronischer Krankheiten. Riga und Dorpat 1827. 8.

Historischer Bericht über die Leistungen des med. Klinikums der Kais. Universität zu Dorpat von seiner Eröffnung im Jahre 1804 bis zum Schlusse des Jahres 1826. Angehängt sind Bemerkungen über die Frequenz einzelner Krankheitsformen in und um Dorpat. Dorpat 1827. 8. p. 116.

auxiliariis secundi et totidem tertii ordinis, substituto primi et alteri tertii ordinis, porro 6 obstetricibus et uni pharmacopoeo auxiliario primi et 6 secundi ordinis, quos examinaverunt administrationes rerum medicarum, tradit graduum in ipsos collatorum testimonia. Duo, qui pharmacopoei auxiliarii, et tres, qui substituti gradum adpetunt, in examinibus non satisfacientes rejiciuntur.

Anni fine numerus eorum, qui medicinae incumbunt, est 113.

1824.

Rector Ewers.

Decanus medicorum ordinis Parrot.

Initio hujus anni medicorum ordo completur adventu Struvii.

Administri litterae die 14. Junii datae praescribunt, ut in posterum quisque professor in praelectionibus habendis sequatur encheiridion in lucem jam editum, vel conspectum a se elaboratum, a Superioribus comprobatum et typis excusum.

Currente anno medicorum ordo creat 11 med. doctores, 5 medicos primi, 6 secundi et 3 tertii ordinis, et exhibet 2 medicis obstetriciis, porro pharmacopoeo auxiliario primi, 6 secundi et 3 tertii ordinis, substitutis 2 primi, 4 secundi et 4

tertii ordinis, denique 3 obstetricibus et 12 pharmacopoeis auxiliariis (2 primi, 7 secundi et 1 tertii ordinis), quos examinarunt administrationes medicae litteras hujus rei testes. — Medicus quidam in examinibus pro gradu doctoris non satisfacit, idem valet de juveni, qui medici dignitatem adspirat, etiam obstetrici ordo medicus testimonium tradere non potest, quia, quamquam examen superat, artis litteras pingendi est ignara.

Anni fine 108 juvenes hic commorantur medicinae addiscendae causa.

1825.

Rector Ewers.

Ordinis medicorum decanus Struve.

A die 4. Augusti Köhler, privatim docens, annuam accipit mercedem.

Medicorum ordo proponit, quod confirmant Administri litterae die 5. Decembris datae: Examen tum ad medici, tum ad doctoris gradum impetrandum dividitur, ita ut disciplinae philosophicae, anatomia et physiologia ad alteram examinis partem pertineant, et interjecto quodam tempore, quod tres annos excedere non debet, altera examinis pars locum habeat, quae disciplinas medicas una cum anatomia comprehendit. Qui in quadam disciplina scientiarum medicinae auxiliatricium minores, quam bonas ostendit co-

gnitiones, nisi illud aliis melioribus sententiis compensetur, dum alteram examinis partem subit, etiam in hac disciplina iterum tentandus est, si doctoris gradum ambire cupit.

Anni decursu medicorum ordo pronuntiat 14 med. doctores, 7 medicos primi, 7 secundi et 4 tertii ordinis, porro 2 medicos obstetricios, et unum dentarium. Duae obstetrices, pharmacopoei auxiliarii, unus primi, unus secundi, et unus tertii ordinis, 7 substituti primi, 3 secundi et 1 tertii ordinis, denique pharmacopola primi et alter secundi ordinis, sicut etiam 6 obstetrices et duo pharmacopoei auxiliarii primi, 1 secundi et 4 tertii ordinis, a rerum medicarum administrationibus examinati, litteras dignitatum in se collatarum testes accipiunt. Tres, qui medici gradum et unus, qui medici dentarii veniam adpetunt, non satisfacientes in examinibus repulsam ferunt.

Anni fine numerus eorum, qui arti medicae se vovent, est 120.

1826.

Rector Ewers.

Ordinis medicorum decanus Styx.

Engelhardt et Ledebour hujus anni initio itinera suscipiunt ad augendas scientias naturales. Ex articulo 2do rationum supra allatarum in examinibus servandarum Engelhardti

vices in examine instituendo traduntur Parrotio, filio, et Ledebouri Köhlero, eidemque praelectiones de re botanica, Caesareis alumnis exhibendae. Engelhardt jam secundo anni semestri, Ledebour autem initio sequentis anni revertitur. — Eschscholtz, mense Augusti ex cursu maritimo redux, recipit curam musei zoologici et scholas zoologicas et zootomicas, sed ut res naturales secum allatas perscrutari et in ordines redigere possit, Wachtero relinquuntur prosectoris officia, qui nunc ex residua universitatis pecunia remuneratur. — Styx, jam per 25 annos professoris munere functus, ex optato suo, professor emeritus dicitur, quod Administri litterae die 30. Octobris datae indicant; cathedra ejus d. 7. Decembris traditur Theophilo Francisco Immanuel Sahmen *). Parrotio, patre, phy-

*) Theophilus Franciscus Immanuel Sahmen, natus Oppekaliae in circulo Walkiensi die 22 Jul. 1789, Dorpati medicae arti incubuit et doctor creatus 1811, medicus circuli Dorpatensis ab anno 1816 ad 1823 usque.

Diss. inaug. sistens dogmata veterum et recentiorum medicorum, eorumque in praxi medica usus. Dorpati 1811. 8. p. 82.

Ueber die gegenwärtige Stellung der Homöopathie zur bisherigen Heilkunde. Dorpat 1825. 8. p. 83.

Die Krankheiten des Hirns und der Hirnhäute pathologisch-diagnostisch betrachtet. Riga u. Leipz. 1826. 8. p. 262.

sices professore, emerito, munus illud defertur Parrotio, filio, qui mense Septembri e medicorum ordine ad philosophicum transit, qua re nunc cathedra professoris physiologiae, pathologiae et semiotices vacua est.

Currente anno medicorum ordo creat 15 med. doctores, etiam duos absentes med. doctores, 3 medicos primi, 6 secundi, 3 tertii ordinis, 4 medicos obstetricios, unum dentarium, et exhibet 4 obstetricibus, 2 pharmacopoeis auxiliariis primi et 3 secundi ordinis, 5 substitutis primi, 2 secundi et 1 tertii ordinis, et pharmacopolae primi ordinis, sicut etiam ab administrationibus rerum medicarum examinatis 11 obstetricibus, 3 pharmacopoeis auxiliariis primi et 1 secundi ordinis litteras hujus rei testes.

Anni fine 131 medicinae studiosi hic vitam degunt.

1827.

Rector Ewers.

Ordinis medicorum decanus Moier.

Sahmen ineunte primo semestri scholas suas aperit. Prosectoris vices etiam per hunc annum implet Wachter. Ordinis decretum, a professorum concilio comprobatum, Koehlero committit officium scholas de politia medica secundo hujus anni semestri habendi, et in examinibus ab ordine medico instituendis, in hac disciplina

examinatoris partes agendi. Erdmann, jam antea hujus universitatis professor, cui nunc munus professoris physiologiae, pathologiae et semiotices mandatur, quod litterae Administri die 4. Augusti datae confirmant, Dresda die 23. Octobris huc advenit.

Cichorio petitam missionem concessam et annuum beneficium 4000 rub. syngr. in illum collatum esse indicant Administri litterae die 30. Septembris editae. Professorum concilium illum rogat, ut scholas inceptas ad finem usque anni continuet.

Administri litterae die 13. Aprilis datae praescribunt, ut in posterum in institutum medicum Caesareum illi juvenes tantum recipiantur, qui jam bonam linguae Rossicae cognitionem ostendant, ex illo dimittendi etiam in hac lingua diligenter examinentur, et in gradu etiam constituendo, quem adipisci possint, hujus linguae peritia respiciatur.

Anni decursu medicorum ordo creat 14 med. doctores, medicum primi ordinis, tres secundi, 5 medicos obstetricios, et tribuit 3 obstetricibus, pharmacopoeis auxiliariis 3 primi ordinis, 4 secundi et 2 tertii ordinis, porro 11 obstetricibus, quas examinarunt administrationes rerum medicarum, litteras graduum testes. — Insuper 5 me-

dici obstetricii, 3 pharmacopoei auxiliarii primi et 7 secundi ordinis, etiam substitutus primi ordinis examina superant, qui hoc anno variis ex causis testimonia accipere non possunt.

Diem festum, quo ante 25 annos munificentissima liberalitate Alexandri primi gloriosae memoriae constituta est, celebrans universitas medicinae doctoris gradum, privilegia et immunitates ultro confert in duos viros, 1) in Alexandrum de Humboldt, liberum baronem, Borussorum Regis augustissimi cubicularium, quum perscrutanda omni rerum natura, qua summam totius terrarum orbis admirationem excitavit, tum libro praestantissimo, quo fibrae musculorum et nervorum irritatae rationem aperuit, de arte medica praeclare meritum, et 2) in Georgium Fridericum Parrot, Russorum Imperatori augustissimo a consiliis status, ordinum S. Annae secundae classis et S. Wladimiri quartae classis equitem, Imperialis doctrinarum academiae Petropolitanae sodalem, tum scribendis libris, quibus doctrinas physicas ad artem medicam spectantes egregie illustravit, conspicuum, tum de juvenibus in hac nostra universitate litteraria medicinae studiosis, quum hic professoris publici ordinarii munus obiret, viva voce erudiendis meritissimum.

Anni fine 158 juvenes hic adsunt medicinae addiscendae causa.

Sectio secunda.

